Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

KW
235
B 32

~~A. 77.~~

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

INDAGATIO
NATURÆ
SABBATI
ET
QUIETIS
NOVI TESTAMENTI,

AUCTORE

JOHANNE COCCEJO.

Accedunt veterum & recentiorum teſtimonia.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud JOHANNEM ELSEVIRIUM,
Academ. Typograph.

CIↃ IↃCLVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

LECTORI PIO.

Te compello, Lector pie. Nam cum illis, qui veritatem non amant, quique clandeſtinis ſuſurris & obtrectationibus aut famam bonorum ex occulto lancinando hoc agunt, ut à veritate indaganda alios deterreant, non eſt mihi negocium. Nam ii non poterunt adduci, ut animo ſedato velint cognoſcere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

quid pro bono, pro pace, pro veritate, pro pietate dicatur. Suus ſenſus illis regula eſt, auctoritaſve, quam legerunt propugnandam. At tu, pie Lector, ſive mecum ſentis, ſive adhuc aliä ſentis, mecum indagabis veritatem, quæ eſt ſecundùm pietatem; & non meum nomen, neque tuum, neque alterius præpones verbo Dei. De Sabbato ut peculiariter quid ſcriberem, non putavi antehac, fore unquam. Nam, ut ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

non facile aliorum dicta & ſententias exagito, ita ſperabam, mihi integrum fore, meam ſententiam, per occaſionem, explicare & confirmare ſine præjudicio. Quemadmodum & antea non paucis in locis feci, & nuper, quum ſuper epiſtola ad Hebræos, quis Apoſtoli eſſet ſenſus, ut exponerem operam dedi. Nunc, quod non ignoras, ea, quæ ſcripſi, ad examen revocata ſunt à Fratre, viro docto & mihi ſummope-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

re æſtimando. Quod ego non accipio in malam partem. Et poterat noſtra in publico collatio utilis eſſe; niſi eſſent, qui, carnali ſtudio, hoc ad diviſionem animorum inclinarent. Quibus certè ego non obſequar. Ad quietem mea tendunt, non ad bellum. Fortaſſe frater non bene percepit meam ſententiam: fortaſſe ego aberro ab ipſius mente. Unum poteſt verbum eſſe, in quo cæſpitamus. Id ut videret Frater, operam dedi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

dedi, quantum potui. Simul ut alii cognoſcerent, quàm longè abſim à ſtudio minuendi *occaſiones* ea agendi, quæ ad regnum Dei pertinent, vel à patrocinio prophanitatis. Quanti ſit, in hoc negocio à vera linea non diſcedere, ſpero, tractatus hic meus oſtendet. In quo etiam coactus ſum ponere verba magni Theologi; quem olim meum præceptorem ſuſpexi, & à quo ſcio me dilectum eſſe, quum viveret, cujuſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

honori nihil planè detra-
ctum volo. Coactus au-
tem ſum ejus verba pone-
re, tum quia veritas mihi
imperabat, ut, in quibus
offendiſſe videtur, non
diſſimularem, tum, quæ
injuria ipſi fiat, in mente
ipſius perperam accipien-
da, oſtenderem. Adjeci
teſtimonia veterum non
pauca: imò omnia, quæ
in promtu habui. Ex qui-
bus intelligi poterit, quid,
ætatibus præcedentibus,
veteres de Sabbati fine &
ſcopo cogitaverint, &
quouſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

quouſque pervenerint; quomodo item paullatim ordo Eccleſiaſticus, quum rareſceret inſtitutio, diſciplinâ fuerit confirmatus, donec principum imperiis ſuſtentaretur conſuetudo ſolemniter conveniendi die Dominico. Saltem ex illis intelligetur, minimè novam eſſe ſententiam, de libertate Chriſtiana circa præceptum hoc, *Non facies ullum opus*: quodque validiſſimas rationes pii habeant, quare, rebus aliis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

omiſſis, diligenter incumbant in ſcrutationem meditationemque verbi Dei ac officiorum ſuorum, deque illis, ad capiendum ampliorem fructum ex proximis, ſæpe colloqui deſiderent. Quibus rationibus qui adducuntur, ut opus Dei faciant, eos in fide & charitate id facere, certum eſt. qui verò opinione imperatæ ceſſationis ceſſant, quamvis plerumque ſoleat ſpecioſior eorum eſſe abſtinentia, quum tamen ad ſacras

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

literas tractandum parum ſint idonei, quippe tota hebdomade alibi occupati, eos clarum eſt in operis operati præſumtione facile intumeſcere contra alios: multos etiam, qui verbum Dei audire & meditari non volunt, ocio abuti ad ſcandala patrandum die Chriſtianæ congregationis, quæ nunc omnibus diebus Dominicis, proh dolor, fiunt. Quod ſatis deplorari non poteſt. Sed non morabor te diutiùs; pie Lector. Jam

enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

enim geſtit animus tecum
indagare naturam Sabbati
& quietis Novi Teſtamen-
ti. In qua indagatione ſi
me aberrare videris, aut
non videre, quod tibi pa-
tet, ſi id benignè mecum
communicaveris, atten-
tum & docilem reperies.
Vale. Scripſi Lugd. Bat.
d. 11. Novemb. 1658.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

INDAGATIO NATURÆ
SABBATI
ET QVIETIS
NOVI TESTAMENTI.

Novum Teſtamentum habet ſingularem quietem: quam Gentes debent agnoſcere, & non violare.

I. Eſſe quietem ſive σαββατισμὸν, quem Deus præparaverit Iſraëli per eam partem conſilii æterni, quæ novum Teſtamentum appellatur, & poſtremo tempore populo Dei in hac vita præſtatur, non tantùm Apoſtolus dicit Hebr. 4. & probat ex Pſal. 95. ſed etiam conſtare poteſt ex Eſ. 28: 11. 12. *Nam per ludibria labii & linguam aliam loquetur ad populum hunc: quia dixit ad*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ipſos, Hæc eſt quies, Concedite quietem laſſo, & hæc eſt tranquillitas; & non voluerunt audire. Judæos jam verbum Dei barbaro ſermone audire, conſtat: quia verbum Euangelii non poſſunt cognoſcere niſi per Græcum ſermonem, & per gentes, per quas Deus illos voluit ad zelum provocare. Cauſa autem illius abalienationis Dei à populo ipſius à propheta aſſignatur ipſorum inobedientia: 1. Quòd non crediderint Deo loquenti de vera requie, & tempus requietis veniſſe nuncianti. Nam dicere, *Hæc eſt requies*, eſt declarantis, quòd hactenus requiem non habuerint, & ad requieſcendum invitantis. 2. Quòd non obediverint Deo præcipienti, ut *laſſo quietem concederent*: atque ejus rei præmium ſperarent, quietem & temporalem & æternam. Dum enim dicit, *Concedere laſſo requiem eſt tranquillitas*, ſignificat, eos, qui Deo hac in re parent, habere pacem conſcientiæ

ſcientiæ & non vacillaturos in perpetuum, & poſt hanc militiam in gloria triumphaturos.

II. Pertinet igitur ad Gentes, quibus lingua Hebræa vernacula non eſt, quæ audiunt ſermonem Dei notiori lingua, ad quas Deus convertit שפה ברורה *labium electum* & *purum* ſive *clarum*, Zoph. 3: 9. quietem ac tempus quietis, & ſermonem, quo ea annunciatur, agnoſcere, & non modò *laſſo quietem concedere*, ſed & non laſſare, quos Deus vult quieſcere. Nam, ſi laſſi non debent porrò fatigari, certè nec expertes jugi debent onerari. Quandoquidem Spiritui Sancto viſum eſt, *Gentibus non eſſe imponendum onus.* Act. 15: 28.

Quies Novi T. propria opponitur ſiti & jugo præcedentis temporis.

III. Sub vocabulo *quietis* omnis cultus Dei, qui in N. T. ei reddendus eſt, continetur. Nam fides & charitas *quies* animæ eſt. Sed videndum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

dendum, quomodo quies ſit propria Novi Teſtamenti, & cui fatigationi opponatur. Inde *ab Adamo uſque ad Moſen peccatum fuit in mundo.* Rom. 5: 13. h. e. peccatum nondum fuit expiatum; remiſſio non fuit, κατάκριμα non fuit exſtinctum. Sed *peccatum non imputabatur*, ſive diſſimulabatur; quia erat promiſſio, & lex proponens homini debitum ſuum atque exſecrationem commemorans nondum erat. Nondum igitur erat *Pax*; ſed erat *Sitis* & exſpectatio, Jer. 31: 14. 25. & erat in mundo id, propter quod jugum imponi poterat etiam iis, qui in fœdere Dei per fidem promiſſionis ſtabant. Poſtea etiam *jugum* Iſraëli impoſitum eſt. Actor. 15: 10. *Lex enim per Moſen data* eſt, Joh. 1: 17. quæ *iram operabatur*, Rom. 4: 15. *addita promiſſioni propter tranſgreſſiones*, Gal. 3: 19. *ut abundaret delictum, & gratia eò eſſet illuſtrior & amplior.* Rom. 5: 20. 21.

IV. Ha-

IV. Habuerunt quidem ſancti, qui crediderunt promiſſioni & ſalutem expectarunt, τὸ ἄφθαρτον πραέος καὶ ἡσυχίου πνεύματος, *incorruptionem manſueti & tranquilli ſpiritus*; quæ eſt quies neceſſaria in omnibus filiis Dei omni tempore, oppoſita inquietudini concupiſcentiæ; quæ dominatur in *improbis* ſive injuſtis, qui ſunt *ut mare impulſum, quod quieſcere non poteſt.*

V. Sed non habuerunt, quod fideles Novi Teſtamenti habent; nempe 1. *aſperſionem conſcientiæ ab operibus mortuis*, Hebr. 9: 14. 10: 22. ejuſque τελείωσιν *conſummationem*, Hebr. 9: 9. 10: 2. ut, habentes Sacerdotem magnum ſuper domum Dei & viam novam ſanguine ipſius dedicatam, poſſent cum gratiarum actione prope accedere ad Deum & ſine metu ei ſervire. Hanc conſcientiæ expurgationem ſitiverunt veteres. A qua ſiti illi, qui Chriſtum expectabant, vocantur κοπιῶν-

πες, *feßi, laßi*, Matth. 11:28. ubi Chriſtus talibus accedentibus ad ſe ἀνάπαυσιν *requiem* promittit. 2. Plenam libertatem. nempe, ut non tantùm non onerarentur, quemadmodum Iſraël oneratus fuit, ſed etiam onerari non poſſent. Qui ante Moſen fuerunt, non tulerunt jugum cum Iſraële, ſed onerari poterant. Sunt igitur filii N. T. illorum quodammodo filii, ut Abrahami juſtificati in præputio, & ſic in quadam libertate; ſed magis illorum, qui poſt militiam hujus vitæ in cœlum recepti ſunt; qui conſtituunt Hieroſolymam ſupernam, Gal. 4:26. qui nullo jugo ampliùs onerari poſſunt. Ita tum ex ratione temporis & promiſſione, & natura legis, quæ ipſis impoſita fuit, cognoſci poteſt, quid ad *quietem* promiſſam pertineat. Ipſiſque fuiſſe expectandum, ut à præceptis oneroſis & ab omnibus ſitim facientibus liberarentur, multa oſtendunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Qualia ſunt, quòd *legiſlatores* (poteſtatem habentes ad imperandum, eo fine, ut præcepta carnalia ſervarentur diligentius) & *Siloh*, Pacificator, *cui eſt obedientia populorum*, opponuntur Geneſ. 49: 10. quòd promittitur prædicator libertatis, Eſ. 61: 1. & redemtio à poteſtatem habentibus, Eſ. 52: 3. 5. & confractio jugi, cum pace, in adventu Filii, Eſ. 9: 3. 5. 10: 27. & Novum Fœdus, Jer. 31: 31. & regnum Dei, in quo non doceat vir ſocium ſuum, ibid. 33. 34. & *filiatio*, in oppoſito nominis *populi*, vel *non-populi*, Hoſ. 2: 1. vel 1: 10. & præceptum *non addendi ſatiatam ſitienti*, Deut. 29: 19. & promiſſio *juſtificationis*, ac *remiſſionis*, Eſ. 53: 11. Dan. 9: 24. Jer. 23: 6. Eſ. 45: 25. Jer. 31: 34. & *ſalutis*, Eſ. 45. 17. & *expiationis*, Daniel. 9: 24. Eſ. 53: 5. 6. 7. 11. 12. & *Gratiæ ac veritatis*, Mich. 7: 10. & prædictio abolendi ſacrificii & muneris, Dan. 9: 27. & Eſ. 66: 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Mal.2:12.repudiatio ſacrificiorum, & quídem in comparatione melioris ſacrificii, Pſalm. 40: 7.8.9.10. 50: 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 51: 9. 18. 19. 20. 21. 69: 32. ut & templi, Eſ. 66:1. Dan. 9:27. & promiſſio alîus ſacerdotii, Pſalm. 110: 1. Zach. 6:13. & promiſſa annunciatio Euangelii, ac juſtitiæ, & ſalutis fidelium, ſine mentione ullius operis, Eſ. 52:7. Hab. 2:4. Pſalm. 2:12. 32:1. Joël 3:5. vel 2:32. & promiſſio vocationis gentium ac benedictionis earum in ſemine & obedientia ipſius, Gen. 12:3. 22:18. 49:10. Amoſ. 8:26.27. vel 9:11.12. & novæ generationis, ſive filiorum non ex conjugata, Eſ. 54:1. & probatio oblationis gentium in omni loco cum improbatione & rejectione oblationis Iſraëlitarum. Mal. 1:10.11.

VI. Quicquid igitur habuerunt veteres vel ut ſitim faciens & deſiderium accendens, vel etiam ut iram

iram operans & fatigans, ſive ut *jugum*, id non eſt *quietis*, quam Chriſtus debuit efficere & annunciare. Omnes ceremoniæ & figuræ rem ipſam ſive τὴν σωτηρίαν & ἀπολύτρωσιν præcedentes pertinebant ad acuendam ſitim & deſiderium accendendum: ſed non omnes pertinent ad illud κατ᾽ ἐξοχὴν dictum *jugum*, quod *lex* dicitur impoſuiſſe. Statim poſt promiſſionem in paradiſo auditam fuerunt data ſacrificia; diluvium acceſſit, perdens mundum & ſervans Noachum per arcam, habens analogiam quandam cum liberatione per mortem & reſurrectionem; propter quam analogiam ad typos refertur 1 Pet. 3:21. Iris facta eſt ſacramentum Noacho & filiis ejus. quæ & ipſa analogiam quandam cum gratia habet: propter quam & in ænigmatibus viſionum propheticarum uſurpatur, Ezech. 1:28. Apoc. 4:3. Quid enim ignei fulgoris per ruborem quaſi ſangui-

nis temperatura & viror niſi gratiam & vitam & ipſius divinæ ſanctitatis in gratia & vita amabilitatem ſignificare poſſunt? Præcepta filiis Noachi data Geneſ. 9. nondum oneroſa fuerunt. Circumciſionem Abrahamus accepit ſigillum juſtitiæ fidei. Rom. 4: 11. Paſcha in Ægypto datum eſt. Ibi & primogenitos juſſit Deus ſibi traduci, Exod. 13: 12. Quæ fuit præparatio quædam ſeparationis tribûs Levi; quæ poſtea facta eſt. Num. 3: 12. In Decem verbis eſt etiam verbum de Sabbato. Exod. 20: 8. de quo dicit Deus, *ſe Sabbata ſua dediſſe filiis Iſraël, ut eſſent in ſignum inter Deum & ipſos in generationes ipſorum, ad cognoſcendum, quòd Dominus illos ſanctificaret.* Exod. 31: 13. Ezech. 20: 11. Hiſce addidit Deus præceptum de modo Altaris. Exod. 20: 24. 25. 26. Hactenus ſacrificia erant libera, non imperata. ut videamus, veriſſimum eſſe, quod Jeremias dicit cap. 7: 22.

Non

Non locutus ſum, non præcepi patribus veſtris, quum eos educerem ex Ægypto, de holocauſto & ſacrificio. Data ſunt, non imperata, ſacrificia. Stipulatio fœderis non pertinet ad illa: atque ideò etiam libera relicta ſunt. Anni Sabbatici & trium feſtorum nova figura acceſſit Exod. 23: 11. 15.

Decalogus poſtulat fidem promiſſionis & charitatem, cum amplexatione pignoris, nempe terræ Canaan.

VII. Decalogi imprimis neceſſaria eſt conſideratio. Nam, quæ poſt Decalogum acceſſerunt, licet non aliò poſſint pertinere, quàm quò ipſe Decalogus ſpectat, certum eſt tamen, non poſſe imponi liberis. Nam ea conſtituerunt Iſraëlem in ſtatu *ſervitutis.* Supereſt igitur, diſquirere, an nihil in decalogo ſit, quod cum *quiete* Novi Teſtamenti conſiſtere non poſſit. In Decalogo continetur, ut repetitio *Teſtamenti*, ita & Stipulatio *fœderis* gratiæ. Unde & ברית (quod valet cùm

Teſta-

Teſtamentum tum *Fœdus*) ſæpiùs appellatur. Vide ſaltem Exod. 24: 7. 8. *Teſtamenti* repetitio eſt in illis verbis: *Ego ſum Iehovah Deus tuus.* Quæ verba ſunt, ſecundùm conditionem illius temporis, non annunciativa ſalutis procuratæ, ſed promittentia ejus procurationem. Præterea Teſtamentum proprium Iſraëli continetur illis verbis: *Vt diu vivas in terra, quam Dominus Deus tuus dat tibi,* h.e. jam jam dabit. Quare aſtipulatio fœderis gratiæ hîc exacta eſt fides promiſſionis ſive exſpectatio futuri; & interim pignoris dandi amplexatio. In pronunciatione decalogi fuit adjunctus ingens terror. Qui non eſt comitatus promulgationem Novi Teſtamenti. Vide Hebr. 12: 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Pſalm. 68: 8. 9. 10. 11. 12. 19. 20. 21. Et verba, quæ Deus extra decem verba deinceps pronunciavit de præceptis in decalogo contentis, Levit. 19: 5. quæ

&re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

& repetuntur Ezech. 20:11. nempe quòd ſint *præcepta & ſtatuta, quæ qui facit, vivit in eis*, ea effecerunt in auditoribus decalogi, ut cogerentur ea verba etiam conſiderare tanquam *legem operum*. non, quòd hac mente & intentione Deus ea præcepta in decalogo proponat populo, ut ex factis vitam ſperarent (ſic enim fuiſſet & Decalogus & tota lex contraria promiſſioni, Gal. 3:21.) ſed quòd ad naturam & indolem reſipiſcentiæ pertineat agnoſcere juſtitiam legis operum & eam ſibi minimè arrogare; & agnoſcere juſtitiam veram in eo, qui factus Iſraëli in Deum; & rurſus omnem veritatem & ſanctitatem, quæ eſt ſecundùm legem operum, amare, & in ea ſe exercere. Quare, ſi quis putet, Decalogum primò Iſraëli propoſitum fuiſſe ut formulam *fœderis legalis* ſive *operum*, errabit toto cœlo. Et in eo errore ſunt Judæi, quærentes in Decalogo *legem juſtitiæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

juſtitiæ propriæ. Rom. 9: 31. Aliud eſt, Decalogum in ſe conſiderare; aliud legem operum conficere ex decalogo, addendo ad quædam præcepta illius, *Qui fecerit ea, vivet in eis.*

VIII. Ergo Decalogus nihil niſi fœdus gratiæ continuit, ſive fidem promiſſionis, quæ operoſa eſſet per charitatem. Et hucuſque ſtatus Iſraëlis non multò deterior fuit factus ſtatu Abrahami, Iſaaci & Jacobi; qui in fide promiſſionis ita vixerunt, ut Deus *peccata non imputaret.*

Iugum Decalogo ſuperadditum. Locus Ezech. 20: 25. 26.

IX. Sed, quum Moſes in montem aſcendiſſet, & Deus ibi formam tabernaculi oſtenderet (quod ipſum inter Iſraëlitas collocatum nondum majus onus attuliſſet) & Aharoni peculiare aliquod jus ſacerdotii daret; Iſraëlitæ vitulum fecerunt: eaque re oſtenderunt, ſe fœdus Dei

Dei & præcepta ejus non revocaſſe ad animum. Ezech. 20: 13.

X. Quæ (ut & confirmata filiorum duricies) occaſio & ratio fuit *dandi eis ſtatuta non bona* (ἀνωφελῆ) *& judicia in quibus non vivitur: & illos declarandi impuros cum donis ſuis, traducendo omne primogenitum.* Ezech. 20: 25. 26. In ipſa Ægypto jam imperatum erat, ut traducerent Domino omne primogenitum, quum in terram veniſſent, Exod. 13: 11. 12. Quo mandato nihil aliud tum ſignificabatur, quàm quòd Deus *primogenitum omnis creaturæ* deſtinaſſet ad ſanctificanda ſibi primogenita ab hominibus. Quando autem hoc reipſa factum eſt, ſimul commutavit Deus primogenitos cum tribu Levi; atque ita ipſos primogenitos, quos *ſibi traduxerat*, cum toto Iſraële tanquam impuros repudiavit, ne oblationes Deo offerrent. Nam ad ipſos quoque pertinet, quod non uno loco dicitur, *Omnis alius, qui acceſſe-*

rit,

rit, morietur. Vide Num. 1: 51. 3: 10. 12. 13. 38. 40. 41. 45. 18: 7. Quod eſt manifeſtum teſtimonium, quo Deus declaravit, ſe non velle ex manibus Iſraëlitarum oblationes accipere; ut qui impuri ſint. Idem autem judicium eſt faciendum de ipſis Levitis; nempe illos non habere puritatem dignam ſacrificio, quod Deo gratum ſit. Idque teſtatur ipſa diſtributio officiorum inter Levitas, cum interdicto ad alios; itemque, quòd ſoli ſacerdoti maximo licuit in ſanctuarii intimum intrare. At illius ipſius impuritas declaratur, quum vetatur omni alio tempore intrare: &, quòd nec ipſi licuit ſine ſacrificio Deum adire, & adorare in omni loco, ſine reſpectu ad habitaculum Dei terrenum. Quæ omnia teſtantur, quando Deus venit ad populum Iſraëliticum, quòd eum invenerit jacentem in ſanguine ſuo; ſive, quòd eum invenerit implicatum reatui peccati & condemnatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

nationis : ut profectò mirum non ſit, ſi etiam in Decalogo aliquod verbum ſit, quo homo arguatur ſuæ impuritatis, & jubeatur exſpectare *ſanctificationem* futuram.

XI. Porrò ſtatuta, quæ non proſunt, neque vitam conciliant, ſunt illa mandata, quæ vocantur δόγματα, *placita*; quæ Deus ad tempus injunxit. Qualia ſunt de ſacrificiis pro peccato, pro reatu; de diſcrimine ciborum, rerumque purarum & impurarum. Quæ præcepta intolerabilem effecerunt ſervitutem per totum vitæ tempus cum innumerabilibus ſcrupulis ferendam. Hæc Clemens Romanus lib. 1. c. 6. vocat ἐπείσακτα, & δευτέρωσιν. quem vide & lib. 6. c. 20. 22.

XII. Atque ita in Iſraëlitis neceſſariò fuit *ſitis* atque exſpectatio *laſſans*, quam omnes figuræ & typi accenderunt : & præterea ipſis quotidiana commemoratio & exprobratio peccati, & ſcrupuli moleſtiſſi-

leſtiſſimi, & metus mortis, & perpetua ſervitus graviſſima & importabilis fuit.

Sanctificatio tollit jugum & ſitim, & facit requiem.

XIII. Hæc autem omnia in Chriſti ἐπιφανείᾳ *apparitione*, & fuſione *ſanguinis Teſtamenti* veri, ex quo vera hæreditas cœleſtis & hæreditas mundi eſt, finiuntur: quippe in quo eſt τελείωσις *conſummatio* & ſacerdotis ac principis ſalutis, & operis redemtionis (quæ pars & fundamentum *ſanctificationis* eſt) & conſcientiæ accedentium ad Deum.

XIV. Unde conſequitur, magnum peccatum eſſe, & abnegationem *ſanctificationis* divinæ, & rejectionem fœderis Dei, non agnoſcere eam *requiem*, & id tempus *requietis*, & ea, quæ ad *ſitim* excitandam & ad *fatigandum* faciebant, ſanctificatis in ſanguine Teſtamenti & conſummatis imponere, atque ita *ſatiatos adjungere ſitientibus*: ut eſt

Deut.

Deut. 29: 19. Quod peccatum quibus modis Deus in Judæis vindicaverit, ibidem declaratur.

Analogia requietis à ſiti & jugo cum quiete Sabbati probat, Sabbatum eſſe typum: & ſic præceptum de Sabbato obſervando obligat ad ſanctificandum tempus requietis N. T. quippe quod eſt revera Sabbatum Domini.

XV. Contra evidens eſt, hanc *quietem* habere analogiam cum *quiete Sabbati*, quam Deus mandavit Iſraëlitis in quarto decalogi verbo: & admodum aptè vocari σαββατισμὸν. quemadmodum appellat Apoſtolus Hebr. 4: 9. & Eſaias cap. 6: 33. De quibus locis duobus vide D. Walæum p. m. oper. p. 286. qui ſtatuit, *invictè demonſtrari ex voce Sabbatiſmi*, quòd *Sabbatum* fuerit *typus.* Neque id negare poſſunt, qui fatentur, *cultum Novi Teſtamenti metaphoricè efferri per novilunia & Sabbata* illo in loco. quanquam malim eam phraſin corrigi. Cultus enim Novi Teſtamenti ſignificatur per verba *Venire & adorare coram Domino*; conditio

ditio autem temporis illius cultus & perpetuatio ejus ſignificatur per *novilunia & Sabbata* metaphoricè; ut intelligatur eſſe tempus novæ lucis & quietis. Neque quicquam impedit, quò minùs Eſ. 56:2. ſit idem *obſervare Sabbata Dei à violandis eis*, quod cap. 66: 23. *venire per omnia Sabbata & novilunia, & adorare coram Domino*: itemque Eſ. 58. 13. *reducere pedem ſuum à Sabbato*, ut & ab eo removere *facere voluptatem ſuam in die ſancto Domini, & vocare Sabbatum delicias* & *Sanctum Domini honorandum*: nempe ut *honoremus id, ne faciamus vias noſtras, neque inveniamus oblectamenta noſtra*, aut *loquamur verbum* ſive temerarios logos, ratiocinationes proprias & præcepta hominum.

XVI. Quemadmodum etiam Catecheſis noſtra, dum *ſempiterni Sabbati exordium in hac vita* conſtituit, intelligens, ſine dubio, tempus, quod Chriſtiani poſt Chriſti mortem & exaltationem in hoc

mundo

mundo agunt (Nam, ſi voluiſſet Catecheſis explicare naturam Sabbati, quod Iſraëlitis mandatum eſt, non neglexiſſet quicquam illorum, quæ in lege Iſraëlitis præcepta ſunt) clarè indicat, ſe in *Sabbato* typum totius Chriſtiani temporis reperiſſe. Cui ſtipulantur notæ Belgicæ ad Ezech. 20: 11. 30. ad verbum *ſignum.* quod interpretantur *cerimonialem typum & ſignificationem ſpiritualis & perpetui Sabbati.*

XVII. Quapropter ſecundùm analogiam fidei verba quarti præcepti, *Memento* vel *obſervato diem Sabbati, ut ſanctifices eum*, poſſunt per conſequentiam accommodari ad rem ſignificatam, hoc modo. Quum illuxerit ille dies atque id tempus, quo abſolutum erit opus Dei, quod ad ſanctificationem & purificationem conſcientiæ adhuc requiritur, vide & cura diligenter, ut id tempus, tanquam tempus quietis, ſanctifices, tum gratias agens illi *pacifi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ſicatori, tum eum glorificans omnibus modis: nominatim id diſtinguas à tempore ſitis, ſervitutis, laſſitudinis, moleſtiæ nunquam quieſcere ſinentis. Nam, ſi ceſſatio Iſraëlitis injuncta typus fuit ceſſationis à deſiderio & inquietudine Veteris Teſtamenti, & illa ceſſatio ſanctificanda fuit, multò magis ceſſatio per eum typum ſignificata ſanctificanda eſt. In quo ſenſu hoc præceptum ſine dubio *morale* eſt, ſed pertinens ad fœdus gratiæ: & *ceremoniale* quatenus ceſſationem aliquam externam imperavit, interim tanquam figuram melioris quietis. Velim autem hîc obiter animadverti, quietem quietis eſſe typum, non verò numerum diei in ſeptimana ad typum ullo modo pertinere: licèt etiam is in typo non ſit inutilis, ut deinde dicemus.

XVIII. Ea ſententia illius præcepti, Tempus quietis à Chriſto datæ ſanctificandum eſſe, neceſſariò incul-

inculcanda eſt vel propter Judæos, ut ſciant, ſe, quando quietem agunt ab operibus die ſeptimo & id volunt à proſelytis fieri, & cæteroqui eis imponunt ſervitutem, quam & ipſi ferunt aut ferre geſtiunt, Sabbatum Domini non curare aut ſanctificare.

XIX. Qui hiſce obſtrigillabit, is negabit, tempus ſequens abſolutionem operis Dei, quo homo peccator *ſanctificatur*, æquè eſſe *Sabbatum Domini*, ac illud tempus, quod illuxit, perfecto opere creationis; & ita appellari à Prophetis ac Apoſtolis (quod manifeſtè falſum eſt) aut certè *diem Domini ſanctum* appellari poſſe. quum tamen totum tempus ſequens Chriſti nativitatem *dies Domini* & *dies apparitionis ejus* appelletur, Malach. 3: 2. 4: 5. confer etiam Pſalm. 118: 24. Certè proclive eſt, omne tempus, quod ab aliquo die exordium habet, & illius diei qualitatem retinet, *diem* talem nominare.

XX. At-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

XX. Atque etiam propterea neceſſaria eſt inculcatio hujus ſenſus, ut ipſi Chriſtiani ſciant, non unum modò diem, ſed totum tempus, quod in hac vita agunt, ſibi, quærendo regnum Dei & juſtitiam ejus, ſanctificandum eſſe, quantum ejus fieri poteſt. Quod non ſatis diligenter facere, proculdubio erit occaſio negligendi præceptum Prophetæ de ea re. quod extat Eſ. 58. Sanè conſtat, qui non *die & nocte meditantur legem Dei* & eam exercent, omni die eſſe ineptos ad omne bonum. Et verò ratio, cur omne tempus illius quietis, quam præſtat Chriſti ſacrificium, ſanctificandum ſit, in evidenti ponitur. Siquidem hoc eſt revera *ſignum*, ſive argumentum, ἔνδειγμα & oſtenſio, *quòd Deus ſit ſanctificator ipſorum*, h. e. ſanctificaverit per ſanguinem & ſpiritum ſuum eos, qui hanc quietem ſanctificant. Non abſtinentia à licito opere eſt argumentum, quo

oſten-

oſtenditur, quòd ſanctificatio divina ad nos pertineat: ſed omiſſio *operum noſtrorum*, & *viæ noſtræ.* Ita ſolet Scriptura appellare conſilium & actus peccatoris: quæ mala ſunt. Vide Eſ. 55: 7. 58: 13. Pſalm. 1: 1. Non verò omiſſio quorundam actuum malorum, qui ab impiis fieri ſolent, eſt ſignum ſanctificationis; ſed odium peccati, procedens ab amore juſtitiæ: qui non eſt, niſi in eo, qui Deum amat, ut ſanctificatorem unicum in Chriſto. Hoc doceri in præcepto quarto, poſt omnes Patres, Catecheſis declarat; quando dicit, Nobis præcipi, ut *in omni vita à pravis actionibus vacemus.* ſignificans, quando lex dicit, *Non facies opus tuum*, (hoc enim repetendum eſt ex præcedentibus, *Sex diebus facies omne opus tuum*) id venuſta antanaclaſi notare opus peccatoris ſive peccatum. Cui Catecheſis opponit *opus Domini*, quod is *per ſpiritum ſuum in nobis facit.* Pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

fectò id demum argumentum eſt ſanctificationis noſtræ, ſi amore Dei ſanctificantis deſinamus amare & facere peccatum, opus noſtrum. Et, ſi hoc argumento populus Dei à non populo debet diſtingui, jam omnis ſabbatizans & non credens in Deum ſanctificantem damnatur: & porrò clarum eſt, tum demum fore, ut nomenclatura *populi* ſit vera & Deo glorioſa, quando hi ſoli nominabuntur populus, qui à via & operibus ſuis in fide & amore ſanctificatoris deſtiterint. Quod ſub N. T. tantùm fit. Nam in V. T. populus nominabatur, qui in inſtitutis Moſis ſecundùm literam ambulabant, &, inter cætera, carnaliter ſabbatizabant, omittendo conſueta opificia & opera quotidiana.

Chriſti manſio in ſepulchro habet analogiam cum Sabbato.

XXI. Non poteſt autem dubium eſſe, quin ipſum illud, quòd Chriſtus ſepultus poſt crucifixionem

nem die Sabbati non viſus eſt in terra, ſignum certiſſimum ſit, eum pridie illius diei opus ſuum, quod tanquam ſacerdos & princeps ſalutis perficiendum habebat, abſolviſſe. Quemadmodum ipſe dixit exſpiraturus, *conſummatum eſt.* Si enim adhuc ipſi quippiam ſuperfuiſſet agendum noſtræ ſalutis cauſa, etiam illo die in terra in oculis omnium viſus fuiſſet faciens opus ſuum. Sed, ſicut, quamdiu pependit in cruce, fuit *κατάρα exſecratio* (ſecundùm illud, קללת אלהים תלוי *execratio Dei eſt ſuſpenſus*) ita, quum, juxta legem, detractus de cruce & ſepultus eſt, ceſſavit eſſe execratio & ipſe & omnes, qui ſunt ipſius. Quemadmodum etiam perſpicuum eſt, quòd dies, quo Chriſtus non ampliùs viſus fuit ab omnibus, reſpondeat, per analogiam inſignem, diei, quo Manna, quod pridie dupla menſura, ut ſufficeret diei alteri, datum erat, viſum non eſt in terra. Quam rem

ſi Iſraëlitæ conſideraviſſent, ſique eam comparaviſſent promiſſioni, facile potuiſſent intelligere, Deum illa re docere, cibum illum, qui vitam dat mundo, de cœlo deſcendere; & ita quidem viſum iri, ut cibus eſſe poſſit omni tempore, quo videndus non erat; &, ex quo viſus non eſt ampliùs, Iſraëlem certum habere, quòd ſatis in illo habeat ad vitam æternam, neque panis vitæ ampliùs deſiderandus ſit aut cum labore quærendus.

XXII. Sanè, ut ceſſatio Dei poſt opus ſex dierum teſtimonium eſt, hominem, quem ultimò creaverat, eſſe colophonem omnium, & *gloriam Dei*, 1 Cor. 11. 7. neque propter ullam creaturam factum, cui ſubderetur aut ſerviret: ita, quòd Chriſtus deſiit in mundo apparere Iſraëlitis, teſtimonio eſt, ipſum jam eſſe, ut *lapidem* ſalutis, omnibus ſuis *cœlatum cœlaturis*, Zach. 3: 9. & in eo nomen Dei patefa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ctum, Deumque in eo plenè ſancti-
ficatum, ipſumque Dominum om-
nium factum, & ſic Eccleſiam Deo
plenè aſſertam eſſe.

XXIII. Neque negari poteſt, quin iſta convenientia & reſponſus illorum dierum, nimirum illius, quo Deus ceſſavit ab opere creationis, & quo Manna non apparuit, & quo Chriſtus ſuper terra non viſus eſt vivus, ut cognoſceretur verè mortuus, ſed oculis Iſraëlitarum primò ſe negavit, non videndum ampliùs, donec eum videant venientem in nubibus, evidens argumentum ſit, Deum illum diem ſeptimanæ etiam ante creationem omnium ad hoc beneficium *ſanctificaſſe*, & ſic ei *benedixiſſe*. certè quidem negari non poteſt, diem Mannæ non viſi in terra poſt promiſſionem de Salvatore auditam nihil aliud potuiſſe ſignificare & quaſi loqui.

XXIV. Quæ analogia etiam obſervari poteſt inter diem, quo Deus

juſſit lucem ex tenebris apparere (in qua re & Paulus myſterium animadvertit 2 Cor. 4: 6.) & eum, quo Manna rurſus viſum eſt, & poſtriduanum Sabbati, quo manipulus in Paſchate offerri jubebatur, & octavam circumciſionis (cujus ſignificatio à Veteribus Chriſtianis bene notata eſt) & eam, qua Dominus, videndus, non toti quidem populo ſed antè ſuffragio divino lectis teſtibus, reſurrexit: ut credamus, hæc, quæ in Chriſto facta ſunt ſecundùm promiſſionem & figuram, ita ante creationem à Deo delineata & diſpoſita fuiſſe. Ea autem analogia diei ortæ lucis & reſurrectionis Chriſti habet uſum probandi deſtinationem Dei, poſtquam res facta eſt; licèt uſum ſigni & ſacramenti ante rem geſtam per ſe non habuerit. Non enim ſola analogia facit ſignum, ſed, ſi res habens analogiam à Deo detur in ſignum. Atque ex his apparet, quòd definitio diei ſeptimi, ut ſit Sabbatum,

tum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

tum, ut nec diei octavi circumciſionis, aut ſequentis Sabbatum in Paſchate, in typis illis inutilis ſit, ſed definitionem temporis beneficiorum Dei quaſi propheticam contineat.

Ratio Dominicæ obſervandæ.

XXV. Quia autem reſurrectio Chriſti ad vitam perpetuam ac beatam & regnum eſt primus fructus operis Dei in morte Chriſti conſummati, & teſtimonium evidentiſſimum juſtificationis in morte ipſius paratæ, & ejus reſuſcitatio quaſi noſtri, qui in ipſum credimus, abſolutio; ſimulque diſtributio dierum mundi per hebdomadem, inde à dato Manna (de quo certò conſtat) in mundo eſt, & ejus miraculi (quod Deum creatorem omnium demonſtrat) memoria uſu civili illius diſtributionis dierum conſervari poteſt: non abſque magna ratione factum eſt, ut *prima Sabbato-*

rum, ἡ τῆς ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμέρα, Euſeb. lib. 5: 23. ἡ ἀναστάσιμος, Ignat. ad Magneſ. Clement. Rom. lib. 2. c. 58. *dies reſurrectionis dominicæ*, Leoni I. epiſt. 81. c. 1. *dies Dominica* à reſurrectione Domini, quaſi dies à Domino inſignitus, nominaretur. Quemadmodum & *menſa Domini*, & *Cœna Domini* appellatur, in qua, ut Apoſtoli, ita nos quaſi cum Domino epulamur. Qua analogia Veteres non tantùm diem ſed & locum, in quo fit congregatio in nomine Domini, κυριακὸν *Dominicum* appellavêre. Unde factum, ut & *Eccleſia* Germanico vocabulo kercke / τὴν κυριακὴν reſipiente, appelletur. Et hæc ratio, quare *dominica dies* appelletur, manifeſta eſt; & ea ſatis eſt. Neque cogit hoc nomen præterea nos ſubintelligere, Dominum de eo die Eccleſiæ præceptum dediſſe: etiamſi fortaſſe actio aliqua *dominica* appellaretur, quòd à Domino tradita vel præ-

cepta

cepta ſit. Atque ita cenſet D. Walæus p. m. oper. p. 1. p. 313. *non eſſe neceſſariam conſequentiam* à nomine *dominicæ*, quòd Veteres eo vocabulo indigitare voluerint, eum diem à Domino inſtitutum, deſignatũm & præceptum eſſe. Quum igitur prima hebdomadis Chriſtus reſurrexerit, in cyclo ſeptimanæ primam feriò cum Chriſtianis nominare *Dominicam* eſt quædam fidei profeſſio & Chriſti glorificatio & ſanctificatio quietis Novi Teſtamenti.

XXVI. Rectè autem & Athanaſius dixit, quòd Deus *Sabbatum tranſtulerit in Dominicam*, h. e. pro Sabbato, quod exſpectationem efficiebat, dederit ipſam diem reſurrectionis, tanquam novi temporis, finem non habentis, exordium.

XXVII. Cæterum, quum videamus ab Apoſtolo aliquo primam Sabbatorum nominatam eſſe ἡμέραν κυριακὴν (hoc enim potiùs, quàm alia omnia credimus) & ab alio mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

neantur Corinthii, ut *prima Sabbatorum* aliquid apud ſe ponerent, unde parata eſſet, quum ad ipſos veniſſet, eleemoſyna in ſanctos; idque is teſtetur ſe etiam Eccleſiis Galatiæ ordinaſſe: prætereaque legamus, prima Sabbatorum fratres aliquando conveniſſe ad frangendum panem, Actor. 20:7. atque videamus, ab antiquo tempore uſque ad nos in omnibus Eccleſiis conſuetudinem obtinuiſſe, ut fideles eo die frequentes convenirent: quumque pateat, hoc bonum, honeſtum & cum bono ordine conjunctum eſſe; & imprimis hanc utilitatem afferat, ut non ſit neceſſe deliberare, quo tempore omnes Eccleſiæ uniformiter conveniant in unum: conſtat, forte non ſine Apoſtolorum conſilio & γνώμῃ & ſic Spiritus Sancti, qui eſt *Deus non perturbationis ſed pacis*, inſpiratione (qui etiam *conſulentibus* Apoſtolis affuit, ita ut utilia quidem commendarent, nunquam tamen *conſilium*

ſuum

ſuum cum *præcepto Domini* confunderent, aut præceptum darent, ubi præceptum Domini non haberent, 1 Cor. 7: 12. 25.40.) certè non ſine providentia Dei illam conſuetudinem introductam eſſe, ut, omiſſa tandem Sabbati feriatione, die Dominico convenirent præcipuè. Quæ conſuetudo quum ſemel in totum mundum, ubicunque ſunt Chriſtiani, introducta ſit, & imprimis, quum ea nomine τῆς κυριακῆς ac memoria τῆς ἀναστάσεως obſignata ſit, non niſi ſeditioſè & cum tacita abnegatione reſurrectionis dominicæ impugnari, neque verò ulla ratione mutari poteſt. Nam, ſi quis contendat, dies hujus ſeculi non eſſe diſtribuendos per hebdomadas, is, præterquàm quòd videbitur velle tollere de mundo memoriam miraculi, quo Deus notificavit, ſe ſex diebus condidiſſe omnia & ſeptimo die quieviſſe, nulla vel lege vel ratione uti poterit, ut id perſuadeat: impri-

mis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

mis, quum conſtet, Apoſtolos & *Sabbatum* & μίαν τῶν σαββάτων *primam Sabbatorum* ſine ſcrupulo nuncupaſſe cum aliis hominibus; quemadmodum & Juſtinus Martyr eadem libertate, juxta uſum paganorum, *diem Solis* nuncupavit, & Lucas in Actis memorat, navi, in qua vectus fuit Paulus, ſignum fuiſſe διοσκούρους, & Paulum ſermonem habuiſſe ad Senatum Athenienſium ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου. De conſuetudine autem illa & de conſilio Apoſtolorum ſic D. Rivetus p. m. in Explic. Decal. p. 160. col. 6. *Hoc igitur conceſſo, quòd dies illa ab ipſo Apoſtolorum tempore fuit appellata Dominica, tum quia Dominus in ea reſurrexit, tum quia in eadem celebrati fuerunt conventus Eccleſiaſtici; non ſequitur tamen, id à Chriſto vel etiam ab Apoſtolis fuiſſe aliquo præcepto inſtitutum & ſancitum, & ad jus divinum debere referri; ſed potiùs ad conſuetudinem quandam, quæ tum inceperit & paulatim poſtea invaluerit; juſque ali-*

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

quod conſtituerit, ſed Eccleſiaſticum, ut diximus; quod proinde in libertate & poteſtate Eccleſiæ fuit relictum pro ratione circumſtantiarum, ut eundem diem vel ſervaret vel etiam mutaret, ſi ratio aut neceßitas aliqua id ſuaderet, ſervata ſemper anima legis de tempore oportuno & apto ad publicum Dei cultum. Hujus libertatis indicium fuit, quòd in primitiva Eccleſia utrumque diem, Sabbati & ſequentem, ſacris exercitiis promiſcuè applicarunt fideles. Quod ex Apoſtolorum more videtur profectum, &c.

XXVIII. Neceſſe eſt autem eis, quos oportet regnum Dei & juſtitiam ejus ante omnia quærere, & Deum glorificare, & ædificationi ſui & proximi incumbere, non relinquere congregationes fidelium ad inflammationem charitatis: atque etiam ei rei vacare, &, quantum poteſt, ſe ad talem ſpeciem cultus & ædificationem ſui ac proximi paratos ſiſtere.

XXIX. Ad quam rem etiam patres

tres familias ſuam curam conferre decet, ut uxores, liberi, famuli & ancillæ ſint ad hoc ipſum parati. Nec malè principes, quorum eſt gloriam ſuam in civitatem Dei inferre, rebus aliis agendis imponunt modum, ut cultus Chriſtianus non habeat impedimentum. Neque verò hîc neceſſe habemus, quæ epiſcopi ſtatuerunt de *vacatione* dominicæ, vel plenaria vel limitata (nam quaſdam aliquando operas exceperunt; ut quæ in victu parando ponitur) etiam ſub pœnis, & nominatim fuſtigationis (ut in Matiſconenſi ſecundo Concilio. Vide Centur. Magdeb. 6. cap. 9. p. 612.) vel laudare vel improbare. Hæc enim pertinent ad pædagogicam poteſtatem, quam illis tum Eccleſia & Principes conceſſerunt: non ad κυρίου ἐντολάς. 1 Cor. 14: 37.

XXX. Eſtque in propatulo, illos, qui ſuadent hominibus, alioqui ſatis negligentibus, imprimis iis,

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

qui tota ſeptimana aliud agunt, ut illo die, quum congregatio, quantum fieri poteſt, celebranda eſt, magna cum contentione virium negotium Dei agant, ſuadere optima & officium ſuum hac in parte facere: dummodò non permittant nobis ad placitum agere & *voluptates noſtras invenire* diebus aliis.

Propoſitio quæſtionis primæ. An Chriſtianis incumbat præceptum ceſſandi ſeptima?

XXXI. Sed illud in conſiderationem venit, an Chriſtianos obliget mandatum illud, *Non facies ullum opus.* In qua certè opinione ſunt Judæi; qui cenſent, & ſe omni tempore mundi teneri ad tale ocium ſeptimi diei, & omnes veros proſelytos Iſraëlis; & id ocium eſſe ſanctificationem illius diei, atque adeò ſe illo præcepto ociandi, ut aliis præceptis, ſanctificatos à Deo eſſe.

XXXII. Et, quod Judæos attinet, per ceſſationis mandatum illos non ſanctificari, neque per ceſſatio-

nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

nem propriè diem illũ ſanctificare, res manifeſta eſt: ſiquidem ſanctitas hominis non conſiſtit in abſtinentia ab opere licito vel etiam utili. Fateor, inter Judæos quoque reperiri, qui agnoſcant, aliud eſſe ociari ſimpliciter, aliud ociando ſanctificare diem aliquem: quippe quum hoc requirat conſiderationem operũ Dei & meditationem Legis. Vide, quos citat Rivetus p. 111. in explic. Decalogi. Quibus adde Joſephũ de bello Jud. lib. 2. cap. λβ. σαββάτῳ .... ἐν ᾧ διὰ τὴν θρησκείαν τῶν ὁσίων ἔργων ἔχουσιν ἐκεχειρίαν. *Sabbato — in quo propter exercitium ſacrorum habent ſuſpenſionem operum.* At, etiamſi Judæi, tanquam volentes obedire Deo, ceſſent, & nihil aliud agant, quàm ut legem recitent; quia tamen verbum Dei non habent manens in ſe, & neſciunt finẽ illius præcepti, impoſſibile eſt, illos facere, quod hîc pręceptũ eſt. Nam, etiamſi Judæi commemorent creationẽ univerſi ſex diebus factam, &,

ſe

e fuiſſe ſervos in Ægypto,&,Manna
uiſſe datũ de cœlo: quia tamen non
gnoſcunt *Sanctificationem Dei*, qua
Deus ſecundùm promiſſionẽ ſuam
emẽ Abrahami ſanctificaturus erat,
quam ipſum nomẽ ipſius, *Deus Iſraë-*
is, quod ſibi per gratiam ſumſerat,
pollicebatur; neutiquam *ceſſatio* illo-
rum eſt *ceſſatio ſancta Domino.* Unde
facile apparet, quæ differentia fuerit
etiam ſub Veteri T. inter Judæum
ſecundùm literam σαββατίζοντα, &
verũ obſervatorem Sabbati. Quem-
admodum igitur melius ſapimus Ju-
dæis, in litera legem ſervantibus, de
ſanctificatione, ita & melius quàm illi
ſapere debemus de *Sabbato.*

XXXIII. Athanaſius pronunciat,
ἀργίαν ſive *abſtinentiam ab opere* nõ eſſe
προηγουμένως & ex ſe rem ſanctã. Qua
re cõfutat illos Judęos, qui putant, ſe
ociando diẽ ſanctificare; quaſi Deus
ocio delectaretur. Innuit autẽ, à Deo
Judæis præceptam eſſe ceſſationem
propter ſignificationem. Nunc au-
tem,

tem, ut ſignificationem, ita & præceptum tranſiviſſe. Chriſtiani quanquam diu etiam Sabbato congregarentur, tamen id putarunt ſe facere ex libertate & non ex neceſſitate; neque ſe teneri ad ceſſationem illo die: atque ideò etiam Dominicam non Judaicè ſed Chriſtianè agendam arbitrati ſunt: h. e. in libertate, non ita, ut putarent non licere illo die ullum opus facere per ſe. Ita Synodus Laodicena: *Non oportet Chriſtianos in Sabbato feriari, ſed operari. diem autem dominicam præferentes, εἰ δύναιντο, σχολάζειν.* (Latinus Vetuſtus interpres, *ſi vacare voluerint, ut Chriſtiani hoc faciant.) Si qui autem reperiantur Iudaiſare, anathema ſint apud Chriſtum.* Apparet, veteres Chriſtianos ita cenſuiſſe, non teneri Chriſtianos hoc præcepto, *Non facies ullum opus.* Ignatius ad Magneſios. Μηκέτι σαββατίζωμεν ἰουδαϊκῶς καὶ ἀργίαις χαίροντες, &c. *Ne ampliùs ſabbatizemus Iudaicè ceſſatione gaudentes.*

ces. Reſpicit is, ſine dubio, Judæos ſui temporis. Non diceret hoc tamen, ſi putaret ullo die ἀργίαν eſſe præceptam. Nec contra ſenſit hactenus Eccleſia reformata. Confeſſio Helvetica poſterior c. 24. *Quanquam religio tempori non alligetur, non poteſt tamen abſque juſta temporis diſtinctione vel ordinatione plantari & exerceri. Deligit ergo quævis Eccleſia ſibi tempus certum ad preces publicas & Euangelii prædicationem, nec non ſacramentorum celebrationem. Non licet autem cuivis pro ſuo arbitrio Eccleſiæ ordinationem hanc convellere. Ac niſi ocium juſtum concedatur religionis externo exercitio, abſtrahuntur certè ab eo negociis ſuis homines. Vnde videmus in Eccleſiis vetuſtis non tantùm certas fuiſſe horas in ſeptimana conſtitutas cœtibus: ſed ipſam diem Dominicam ab ipſis Apoſtolorum temporibus iiſdem ſacroque ocio fuiſſe conſecratam: quod etiam nunc rectè propter cultum & charitatem ab Eccleſiis noſtris cuſtoditur. Obſervationi JV-*

DAICÆ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

DAICÆ & *ſuperſtitionibus nihil hîc per-mittimus. Neque enim alteram diem altera ſanctiorem eſſe credimus, neque ocium per ſe probari exiſtimamus: ſed & Dominicam, non ſabbatum, libera obſervatione celebramus.* Confer Bohemicam confeſſ. cap. 15. Auguſtanam de abuſib. ſublatis artic. 4. *Cæterum docemus, non eſſe damnandas traditiones, quæ nihil præcipiunt contra mandata Dei, & habent finem politicum, videlicet, quæ ad hoc conditæ ſunt, ut ordine res in Eccleſia gerantur: cujuſmodi ſunt traditiones de ſacris, die Dominico,* &c. *& hujus generis veteres ritus libenter retinemus in noſtris Eccleſiis.* Synodus Dordracena in poſtactis etiam cenſet, *Sabbatum Judaicum ſublatum eſſe.* Sed de his & catecheſi poſtea.

XXXIV. Chriſtianum igitur dogma eſt, Chriſtianos non teneri ad *obſervationem Sabbati* ſive ceſſationem ſeptimi diei. Nam ceſſare ſeptimo die Veteres vocabant σαϐ-

σαϐίζειν,

βατίζειν, & ſeptimum vocabant *Sabbatum:* & diem Dominicam non appellabant *Sabbatum.* Nos infra dicemus, quo ſenſu ea Sabbatum appellari poſſit & appelletur in Eccleſia. Athanaſius hoc dogma conjicit hoc argumento: *Novæ creaturæ non præcepit obſervare Sabbatum.* Nos id argumentum urgebimus, ita ut non tantùm ea conſideremus, quæ à Judæis dicuntur aut dici poſſunt, ſed nunc maximè habeamus rationem eorum dubiorum, quæ à quibuſdam fratribus objiciuntur.

Primum argumentum, à natura, ſubjecto & tempore præcepti ceſſationis.

XXXV. Sic igitur dicimus, Quod Iſraëlitis præceptum eſt per Moſen, ſervandũ *per generationes ipſorum* (quo verbo, ut ex vocatione gentium patet, notatur duratio Iſraëlis in iſta politia; quamdiu ſcil. erant futuri *dies illi* priores, & donec *ſignum* illud *ſanctificationis futuræ* per *veritatem impleretur*, Exod. 31:13.14.15.16.17. collato

collato Geneſ. 17: 12.) & tale eſt ut natura notum non ſit, & gentibus ſive hominibus omnibus imperatum non eſt: id gentibus non ſine temeritate imponi poteſt, & novæ creaturæ imperatum non eſt. Atqui debitum ceſſandi Sabbato naturæ notum non eſſe, ex ſe patet. Hominibus autem, poſt auditam promiſſionem, imperatum non eſſe Veteres eo argumento conficiunt, quia nec Abraham, nec filii ejus ſabbatizarunt, neque ullum verbum ea de re legitur. Idque à Judæis vulgo non contradicitur.

Locus Eſ. 20: 10. 12.

XXXVI. Præterea Deus apud Ezechielem cap. 20: 10. 12. claris verbis teſtatur, ſe *in deſerto dediſſe* populo *Sabbata ſua.* Quod Deus in deſerto dedit Iſraëlitis, id Abrahamo & aliis patribus cum promiſſione non dedit. Confer Nehem. 9: 14.

Inſtan-

Inſtantia, quòd dedit *ſignificet* reſtituit.

XXXVII. Imò, inquies, *repeti-it, reſtituit.* Qui hoc dicit, eum ne-eſſe eſt fingere cum Philone aquas ignes (quos Origenes irridet) ui ſuſtulerint memoriam Sabbati. t, quomodo Sabbati memoria pe-it, & promiſſio non periit? Aut, ſi promiſſio periit ac reſtituta eſt brahamo (Nam & Pater Abraha-i inter idololatras aliquando nu-eratus fuit, Joſ. 24:3.) quare non na Sabbatum reſtitutum eſt Abra-amo? Et quare dicit, נתתי *dedi*, & on השיבותי *reſtitui?* Deinde, per *abbata* ibi etiam intelliguntur eſta. Numquid igitur & feſta re-etivit, reſtituit? Neque juvat quic-uam, ſi dicas, compendioſè ſcri-tam eſſe hiſtoriam Patriarcharum, tantum *expreſſum, quantum neceſſa-ium erat.* An enim minùs neceſſa-ium erat ſciri, quid Deus impera-erit de Sabbato, ſi quid poſt pro-miſſio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

miſſionem imperavit, quàm quid Noacho imperaverit Geneſ. 9: 5. 7?

XXXVIII. Quòd autem Abrahamus non ſabbatizaverit, clarum eſt etiam hinc, quia Iſraëlitis Sabbatum ut nova res accidit; qui tamen circumciſionem obſervabant.

Objectio I. Locus Geneſ. 2: 2. 3.

XXXIX. At quomodo probas; tantùm *reſtitutum eſſe Sabbatum in deſerto* (Non enim oportet ἀποφαίνεσθαι *pronunciare* in rebus fidei, ſed ἀποδεικνύειν *demonſtrare*) ut *de Sabbato* ab initio & deinde omnibus imperato *non VIDEATUR dubitandum*: Quæ ratio tam validæ aſſertionis? Quia, dices, Gen. 2: 2. 3. ſcriptum eſt: *Deus benedixit diei Sabbati & ſanctificavit eum.* Sed an ex eo demonſtratur, Deum dixiſſe Adamo, *Non facies ullum opus in ſeptimo hebdomadæ?* Quod ſi Adamo dixiſſet, ſine dubio eſſet tale præceptum, quale de non come-

comedendo fructu arboris certæ; & extra illum ſtatum non extenderetur. Præcepta enim vel ſunt ea, qui quæ facit, vivit in eis, quæque ex ipſa natura Dei & hominis aut etiam ex operibus Dei & gratia Dei fluunt (quæ poſſumus *moralia* dicere) vel ſunt δόγματα δεσποτικὰ: quæ vel ſunt tantùm πειραστικὰ & explorativa obedientiæ, habentis fundamentum in lege naturali (quanquam talia, qualia his præceptis præcipiuntur, etiam ab homine citra obedientiam & animum rectum in præcipientem fieri poſſint) vel ſunt etiam ſacramentalia, quæ vulgo *cerimonialia* vocamus. Si omnino verba Moſis ſignificant, Deum dediſſe Adamo præceptum ſervandum ſeptimo hebdomadæ, quid erit, niſi præceptum retinendæ memoriæ abſolutæ creationis? quo fine Athanaſius contendit prius Sabbatum inſtitutum eſſe. Ipſe D. Walæus, qui Sabbatum periodicum

fuiſſe inſtitutum in ſtatu rectitudinis ſtatuit, tamen *aſſerit*, *Sabbatum fuiſſe in ſtatu innocentiæ inter leges poſitivas ſacramentales.* Nempe *Sabbati quietem ac ſanctificationem tanquam tertium ſacramentum aut ſacramentalem typum quietis æternæ ab operibus animalibus* arbori ſcientiæ boni & mali & arbori vitæ *adjunctum fuiſſe.* p. I. op. p. 290. a.

XL. Sed quis credat, Adamo mandatam fuiſſe *vacationem*, ut haberet occaſionem cultus, & ut illa vacatio cultus ſingularis eſſet, & ut inde *diſcrimen dierum* eſſet: cui totum tempus ſanctum debuit eſſe? qui rectus erat, & rectè facturus omnia; ſi imaginem Dei in ſe poſitam ſequeretur?

XLI. Quantò verò ſimplicius eſt verba illa (quatenus ea referri per analogiam fidei ad id tempus poſſunt, quo Deus quievit ab opere creationis) ſic interpretari: Quoniam Deus deſtitit aliquid novi con-

condere die ſeptimo, eo ipſo *benedixit illi diei*, & majus in eum beneficium contulit, & *eum* ſic benedicendo *ſanctificavit*, h. e. eo die ſe ſanctificavit in homine, dum oſtendit, omnia quidem facta eſſe, ut homini ſervirent, hominem verò factum eſſe, ut ſoli Deo ſerviret. Nam, ſi quid ulteriùs ſeptimo die creatum eſſet homine perfectius, ei homo poſt Deum ſubjectus fuiſſet; & ſic homo non eſſet δόξα ſolius Dei. ut eſt 1 Cor. 11: 7. Ita verbo *ſanctificandi* ſatis fit. Nam id propriè ſignificat vel eum, qui ſanctus eſt, ſanctum dicere & teſtari; vel id, quod impurum eſt, purificare; vel ei, qui Sanctus eſt, h. e. Deo, dedicare, appropriare; vel à communi ſeparare. Deus angelos & homines condidit ſanctos h. e. rectos, & ſibi eos ſanctificavit omnes, ſanctos creando: mundum & omne tempus ſanctificaſſet in perpetuum, ſi non paſſus eſſet peccatum in mundum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

intrare. Non neceſſariò *ſanctificatio* ſignificat *ſegregationem à communi*, quod חל appellatur. Sed tamen ſeptimam præ prioribus *ſanctificavit*, quia, ut oſtendimus, *ei benedixit*, dum in ea ceſſavit. Annon illa verba præterea aliam intelligentiam admittant, mox videbimus.

Objectio II. *Locus Exod.* 20: 11.

XLII. Nam ſecundò argumentantur, qui contendunt, Sabbatum hebdomadale, quod præceptum fuit Iſraëlitis, ante Abrahamum fuiſſe, ex Exod. 20:11. ubi ſcriptum eſt: *Nam ſex diebus*, &c. *quievit verò die illo ſeptimo: iccircò benedixit Iehovah diei Sabbati & ſanctificavit illum.* Ibi, inquiunt, *eſt primævæ inſtitutionis ratio eadem.* An verò vox *Iccircò* continuò ſignificat aut probat *inſtitutionem ceſſationis ſeptimæ cujuſque diei primævam?* Omitto enim, quòd τὸ על כן poſſit intelligi non ut ratio facti, ſed ut argumentum & evictio facti.

Nam,

Nam, quòd Deus ceſſavit, eſt teſtimonium & evictio benedictionis & ſanctificationis diei ſeptimæ. Ceſſando enim revera benedixit & ſanctificavit. Non igitur neceſſariò inferri poteſt, Deum propter ceſſationem etiam aliam benedictionem & ſanctificationē ei diei impertiviſſe. Sed, ſi quis hoc dictũ objiciat, & putet, ſe ex eo probare poſſe *primævam inſtitutionē* ocii ſeptimi diei, is velim nobis probet, Deum in illis ſaltem verbis Decalogi non reſpexiſſe ad hiſtoriam, quæ narratur Exod. 16: 4. 5. 22. 23. 25. 26. *Et dixit Iehovah ad Moſen, Ecce ego pluo vobis panem de cœlo, & exibit populus & colligent demenſum cujuſque diei ſuo die, ut tentem illum, an ambulaturus ſit in lege mea. Et erit ſexto die & parabunt, quod attulerint, & erit duplum... Et factum eſt die ſexto, collegerunt alterum tantum, & venerunt principes & indicarunt Moſi: & dixit ad ipſos, Hoc eſt, quod locutus eſt Iehovah, Ceſſatio, ceſſatio ſancta Domino*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

eſt *cras. Et fecerunt id ſupereſſe ad matutinum, & non fœtuit. & dixit Moſes, Edite id hodie, quia Ceſſatio eſt hodie Domino .... ſeptimo die Ceſſatio. Et factum eſt die ſeptimo,* quidam *de populo exierunt. Et dixit Iehovah ad Moſen: Quouſque renuitis obſervare præcepta mea & leges meas. Videte, quòd Iehovah dederit VOBIS Sabbatum* ceſſationem .... *& ceſſarunt populus die ſeptimo.* Si quis neget, Deum Exod. 20: 11. loqui *de benedictione* illius diei, quòd panem cœleſtem dedit Iſraëlitis ſine labore illius diei, & *ſanctificatione*, quòd Deus *dederit Iſraëlitis* eum diem *Ceſſationem ſanctam Domino:* eum neceſſe eſt dicere, aut, quòd illa benedictio illius diei non facta ſit ante decalogũ pronunciatum, nec mandatum Iſraëlitis de ceſſatione ſancta datum ſit; aut, quòd Iſraëlitis illa non potuerint jure venire in mentem, quum illa verba audirent. Sed, quod Hebræos attinet, vulgo in id conſentiunt.

Rurſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Rurſus locus Geneſ. 2.

XLIII. Nihil verò *obſtat*, quò minùs verba Geneſ. 2. ad idem factum reſpiciant. Moſes enim ſcribens non tantùm præſupponit tempus jam tranſactum in deſerto, ſed & locum ſedis Iſraëlitarum ex parte occupatum: ideoque ſæpe ſic loquitur, ut Iſraëlitæ in terræ parte conſtituti loqui poterant. Vide ſaltem Geneſ. 2: 8. *Et plantavit Dominus hortum ad orientem*, nempe terræ ſanctæ. Qui narrat præterita longi temporis, poteſt cum primis poſteriora (quando notum eſt, cujus temporis illa ſint) tutò conjungere.

XLIV. Quid igitur facilius, quàm verba Moſis eod. cap. v. 3. ſecundùm rem geſtam, quæ inter Iſraëlitas nota erat, ſic intelligere: *Et benedixit Deus diem ſeptimum & ſanctificavit eum*, nempe tum, quando hoc fecit (conſtat autem, feciſſe in datione Mannæ & in Decalogo)

propter eam rationem, *quia ea ceſſavit.* Et in Deuteronomio cap. 5. dicit: *Propterea præcepit* TIBI. nempe in datione Mannæ, & hoc ipſo præcepto. Hoc ſatis eſt ad *prolepſin* (ſi ita libet loqui: quanquam uterque ſermo eſt de re præterita, tametſi diſtincti temporis) *probandam*, quia commodiſſima & vera eſt illa verborum ſententia.

Objectio III.

XLV. Atqui, inquies, *occaſionale fundamentum inſtitutionis obſtat*, nempe 1. quòd *Deus ipſe ſex diebus opera creationis conſummaverit, ſeptimo autem quieverit.* Non potuit igitur Deus poſtea id pridem factum miraculo oſtendere, & ejus miraculi memoriam in poſterum præcipere? Quid impedit, quò minùs res vetus poſſit eſſe *occaſionale fundamentum* præcepti novi? quum res futura poſſit eſſe *occaſionale fundamentum* præcepti antecedentis? Exempli cauſa,

cauſa, mors Chriſti eſt *occaſionale fundamentum* præcepti de paſchate mactando. Præterea quomodo probabitur, quòd *occaſionale fundamentum* præcepti hujus, *Non facies ullum opus*, Exod. 20. ſit tantummodò & unicè quies Dei, qua ceſſavit ab opere creationis? quum Deus ipſe dicat, *occaſionale fundamentum* (ſi omninò ita libet loqui) eſſe *ſanctificationem*, qua decreverat ſanctificare Iſraëlem, ut *Deus Iſraëlis?* Nam, cujus rei ſignum eſt Sabbatum, id, ni fallor, rectè *occaſionale fundamentum* ejus præcipiendi dici poteſt. Quin Moſes Deut. 5. *occaſionale fundamentum* indigitat eductionem Iſraëlis ex Ægypto. 2. Quòd *conſequenter inter homines ſex diebus operariis unum ſacræ quietis reſpondere voluerit.* Voluit certè, quia juſſit; ſed inter Iſraëlitas *in ipſorum generationibus* eam vigere voluit, quibus eam mandavit. Nam non eſt naturale *conſequens*, ut, quia Deus quievit die

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ſeptimo, ideò, intermiſſo ſeptimanæ intervallo, homo ceſſet operari: ſed hoc naturale *conſequens* eſt, ut homo ſit toto ſuo tempore ad gloriam ejus, qui ipſum fecit ad imaginem ſuam, & ei ſoli ſerviat, qui poſt ipſum nullam aliam creaturam fecit, cui ſervire & ſe ſubjicere vel poſſet vel deberet. Non ſatis autem eſt dicere, *Non dubium VIDETVR*, ubi id agitur, ut cum Judæis legem ceſſandi imponas proſelytis ad Iſraëlitas in fide Chriſti: ſed oportet docere. Prudentiùs faciunt, qui *in medio relinquunt*, an homini primo tale quid imperatum ſit. Ita D. Thyſius p. m. in ſynopſi purioris Theol. diſp. 21. §. 15. ait, *parum intereſt, quid ſit de temporis aut perſonarum, quoad inſtitutionem, circumſtantia: tametſi prior ſententia* (quòd Deus Iſraëlitis Sabbatum dederit, *ut rem, cujus ſcientia aut uſus antè non fuerit*) *probabilior videri poteſt.* Cæterum, qui in medio relinquunt origi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

originem Sabbati, eos neceſſe eſt ſtatuere, quòd ſolius placiti divini fuerit, ſi Deus Adamo Sabbatum hebdomadale in ſtatu innocentiæ dedit, ſed ſi maximè utile futurum fuerit homini in primo ſtatu certis temporibus vacare colloquiis de divinis donis & de ſanctificatione Dei, non tamen ſequitur, Deum ei præcepiſſe ceſſationem ab opere ſub pœna mortis.

Objectio IV. Locus Hebr. 4: 3. 4.

XLVI. Atqui, inquies, *Sabbatum hebdomadale refertur ad quietem ipſius Dei, operibus jam à fundamento mundi jacto factis. Hebr.* 4: 3. 4. Reſp. Paulus loquitur de ipſa ſeptima, in qua Deus quievit. Et ideò removet hoc Sabbatum à promiſſione, quæ innuitur Pſalm. 95. quia hoc Sabbatum fuit in mundi exordio & eſt inter præterita. Errat igitur, qui putat, Sabbatiſmum, qui eſt præceptus Iſraëlitis in Decalogo, non com-

comprehendi in requie, in quam Iſraëlitas introduxit Joſuas, ſed ei *contradiſtingui.* Non enim *contradiſtingui* Sabbati quietem quieti terræ Canaan, vel hinc clarum eſt, quòd Moſes in ipſius Decalogi repetitione Deut. 5: 16. quietem Sabbati docet agendam ad memoriam liberationis ex ſervitute Ægyptiaca. Si ea quies ſemper agi ab Iſraëlitis debuit, quomodo comminatio Dei in Pſalm. 95. de excludendis inobedientibus à requie Deï, probari poteſt eſſe alîus generis quies, ea ratione, quia futura *quies Dei* non pertinet ad Sabbatum primum aut quietem terræ Canaan? Nam tum Pſalmi comminatio intelligi poſſet de excluſione ab ocio hebdomadali & quiete terræ Canaan; neque neceſſariò intelligeretur quies alîus generis. Sic enim argumentatur Apoſtolus, A qua quiete excludentur introducti in terram à Joſua, ea eſt alîus generis ab illa, quam à

duce Joſua obtinent. Ratio autem hujus conſequentiæ illa eſt ſola, quia tempus futurum erat, quo Iſraël & quietem erat acturus & nec terram erat curaturus nec Sabbati ἀργίαν celebraturus. Alioqui enim talis excluſio à quiete Iſraëlitarum intelligi poſſet, qualis contigit decem tribubus & tribui Judæ abductis extra terram. Sed hujus quietis participes ſunt etiam, qui extra terram ſunt. Certè eſt quies, à qua excluduntur etiam Judæi σαββατίζοντες in terra. Quia autem *alia* eſt hæc *quies*, inde ſequitur, Joſuam illos non omninò feciſſe quieſcere, & totum ſtatum Iſraëlitarum *quietem* revera non eſſe, ſed tantùm umbram quietis. Vide Hebr. 4: 8. Refertur ſanè ceſſatio Iſraëlitis mandata in Decalogo ad *quietem Dei*, non tamen ut originem ſeu initium, ſed ut ad objectum commemorandum ceſſatione ab operibus ſuis.

Obje-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Objectio v.

XLVII. Dices, Omninò diſtingui Sabbatiſmum Pſalmi 95. à Sabbatiſmo Decalogi, quantumvis is agatur uſque ad finem ſeculi; quia Sabbatiſmus Pſalmi eſt Sabbatiſmus gloriæ. Imò verò, inquam, ut ſupra demonſtravimus, eſt & Sabbatiſmus gratiæ Novi Teſtamenti, qui eſt in quiete à ſiti & ſervitute. Hic per *contumaciam* perditur, per *fidem* ſtatim accipitur. Hebr. 4:3.10.

Argumentum ſecundum, ab eo, quòd Sabbatum eſt ſignum.

XLVIII. Secundò, etiam hinc patet, Judæos aut Pſeudo-Apoſtolos Sabbatum Chriſtianis imponere non poſſe; quia *Sabbata* Domini *data ſunt ipſis in ſignum inter Dominum & ipſos, ad cognoſcendum, quòd is ipſos ſanctificaturus eſſet.* Exod. 31: 13. Ezech. 20: 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Exceptio 1.

XLIX. Si quis putet, hoc argumentum minùs validum eſſe, quòd, *cùm in numero multitudinis Sabbata appellantur, collectivè intelligenda ſint omnia, quibus illud nomen convenit; non autem præciſè ipſum hebdomadale* (quæ exceptio eſſet negatio minoris) reſpondebimus, Nos facile poſſe concedere, omnia Sabbata intelligenda eſſe, quæ hactenus nominaverat, quum id diceret Exod. 31: 13. vel etiam impoſterum erat nominaturus: ita tamen, ut præcipuè dies Sabbati hebdomadalis intelligatur. quod patet ex v. 14. 15. ubi id vocatur שבת שבתון *ceſſatio ceſſationis*, q. d. ἀργία ἀκελβεστάτη. ſaltem ut non excludatur Sabbatum hebdomadale. deinde, ut nobis viciſſim concedatur, omnia illa Sabbata eſſe ejuſdem naturæ.

Exceptio 11.

L. Si porrò quis dicat, *Sacrificia quidem illius diei rationem talis typi habuiſſe, non autem ipſum Sabbatum hebdomadarium per ſe*: reſpondebimus *primò*, Si hoc ea mente dicatur, quaſi ſignum ſanctificationis futuræ ſint ſacrificia & non Sabbatum, eſſe eam admodum violentam expoſitionem, qua in præcepto & ratione præcepti mutatur *Sabbatum* in *Sacrificia Sabbati*. Nam pro eo, quod dicitur, *Sabbata mea obſervatote, quia ſignum ſunt*, fiet, *Sacrificia Sabbatorum meorum obſervatote, quia ſignum ſunt*. Et, quòd de ſacrificiis id intelligi non poſſit, patet, quia, de ſacrificiis Sabbati nullum adhuc verbum dictum erat Moſi, quum Exod. 31. Deus juberet *Sabbata ſua obſervari*. *Secundò*, ſi hoc ea mente dicatur, quaſi propterea, quia ſacrificia ſunt typus, Sabbatum non poſſit eſſe typus; eam eſſe apertam contradictionem

nem verborum Dei. *Tertiò*, Si ratio obſervandi Sabbata eſt, quia ſunt ſignum ſanctificationis Dei; & illa ſanctificatio per ſacrificia Sabbati ſignificatur; & ſacrificia Sabbati abrogata ſunt; & ſic ratio obſervandi Sabbati ceſſat: conſequenter præceptum de Sabbato ceſſabit. Itaque, ſi quis dicat, *ſignum ſanctificationis eſſe in ſacrificiis*, & nihilominus Sabbati ceſſationem obſervari velit, ſibi contrarius erit.

Exceptio III.

L. Si rurſus aliquis dicat, tanquam ad majorem; Argumentum noſtrum quidem valere, ſi *typus* ſit: ſed non, ſi *ſignum* ſit. *Neque* enim *omne ſignum eſſe typum œconomicum Veteris* T. reſpondebimus, Sabbatum h.e. ceſſationem ſeu quietem eſſe *ſignum præfigurans*, jam ſupra §. 15. & ſ. demonſtratum eſſe: idque non poſſe negari ab iis, qui, *Sabbatum metaphoricè* appellari tempus quietis Novi T. à

T. à ſervitute Veteris, concedunt. Nam res ſive actio habens analogiam futuri & melioris boni, à Deo inſtituta ad idipſum ſignificandum, eſt ſine dubio typus. Unde & Apoſtolus Col. 2: 16. 17. Sabbata dicit fuiſſe *umbras futurorum*. aut, ſi dicat, Poſſe fieri, ut aliqua res maneat & non maneat *ſignum*, quia etiam fuerit, antequam eſſet ſignum; veluti *iris*: Reſpondebimus, Rem naturalem, aut opus Dei, poſſe à Deo appellari ſignum rei futuræ, & eam ceſſare eſſe ſignum, quando id, quod Deus promiſerat, factum eſt: ſed id, quod homini imperatur ex placito, ſi id vocetur ſignum, non poſſe manere præceptum, uti non poteſt amplius eſſe ſignum: niſi Deus diſtinctè præceperit, alio quidem tempore præceptum eſſe ſervandum ut ſignum, alio verò tempore non ut ſignum, ſed ex alia cauſa obſervandum eſſe. cujuſmodi prȩcepti tamen non occurrit nobis exemplum:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

dum: nempe quo quid Deus præceperit faciendum ad tempus quidem in ſignum & uſum cerimonialem ac politicum, & etiam impoſterum, omni illo uſu ceſſante.

Exceptio IV.

LII. Rurſus, ſi quis dicat, Iſraëlitas fideles *in Sabbato Deum ſanctificaſſe ſuo modo & Deum ipſos viciſſim ſanctificaſſe*: quaſi non ſignum futuræ ſanctificationis eſſet Sabbatum, ſed præſentis: reſpondebimus, 1. Sabbatum eſſe ſignum oblatum ad ſignificandum propoſitum Dei; nempe quòd *ipſos ſanctificaret.* Quod de futuro æquè intelligendum eſt, ut illud, *Ego Deus veſter.* Hoc enim ſignificat, *Fiam vobis in Deum.* & ſic Exod. 20: 12. *quam ego do tibi*, h. e. paratus ſum dare. 2. Eam ſanctificationem non peragi in ceſſante, quatenus ceſſat; uti nec in eo, qui totam legem ſecundùm literam obſervaverit; ſed, pro modulo illius

tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

temporis, ſanctificationem divinam operari in ſperantibus & exſpectantibus illud tempus, quo Deus erat futurus juſtitia Iſraëlis. quemadmodum & notæ Belgicæ n. 31. docent. 3. Simpliciter loquendo non fuiſſe Iſraëlitas ſanctificatos &, ut Epiſtola ad Hebræos loquitur, *conſummatos* aut juſtos declaratos ulla re ante aſperſionem cordium à conſcientia mala. Hebr. 10: 22. Idque clariſſimis verbis teſtari Ezechielem c. 20: 25. 26. qui Iſraëlitás *impuros declaratos* dicit. quemadmodam §. 10. declaratum eſt. Cujus ſanè impuritatis anniverſaria accuſatio fiebat in jejunio. Vide Levit. 16: 16. *Et expiabit ſanctuarium ab immunditiis filiorum Iſraël.* Ita ſanctificatio Iſraëlis vera & ſpiritualis fiebat per fidem, quæ operabatur confeſſionem impuritatis & reatus adhuc incumbentis; *puritas* autem *carnis* fiebat per elementa mundi ad hoc ordinata, ut peccatum necdum expia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

expiatum & remiſſum teſtarentur. Reſtat igitur, quemadmodum Circumciſio fuit *ſignum* datum à Deo *ſigillum juſtitiæ fidei*; ita etiam Sabbatum fuiſſe *ſignum*, quo Deus ſe populo obligabat, quòd futurus eſſet illis in Deum, & quòd illis futurus eſſet ſanctificator conſummatè illos ſanctificans ab omni reatu & immunditie. Et profectò mirabor, ſi quis negaverit, hoc verba illa ſignificare, & eum ſenſum ſecundùm analogiam fidei eſſe, ſive Judæus ſit, ſive Chriſtianus.

Exceptio V.

LIII. Si tamen quis concedat, Sabbatum eſſe *ſignum notificans, commonefaciens vel etiam obſignans ſanctificationis* illius, quæ in ſolo Chriſto & ſanguine illius eſt; ſed, propterea *non eſſe ſtatim typum Chriſti* vel rerum à Chriſto efficiendarum, contendat: illum ego rogatum velim, ut me doceat, quomodo *Sabbatum* poſſit eſſe

ſignum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ſignum notificans quietem Novi Teſta-menti ab accuſatione immunditie & ſiti ac ſervitute, ſi non per eam ipſam ceſſationem (quæ Iſraëlitis peccatoribus ſine dubio, præcept eſt) comparatam cum initio Deca logi, *Ego ſum Iehovah Deus tuus*, e quies propriè notificabatur? Ide etiam Deus ad Moſen in monte di cens, quòd *Sabbata ſua ſint ſignum* *AD COGNOSCENDUM, quòd ipſ Iehovah illos ſanctificaret*, ſignificat, ſ eo modo Sabbata dediſſe populo ut, ſi prudens is ſit, non poſſit no hoc cognoſcere. Habetque ſin dubio Sabbatum aliquid diverſum ab aliis ſignis notificantibus, quò ſanctificaturus illos eſſet. Ipſum hoc, quòd Deus ſe vocabat *Deum ipſorum*, idem notificabat; & mult iſtiuſmodi: ſed Sabbatum, ut actio mandata (nam obſervare ceſſatio nem eſt agere) eſt ſignum ex inſtitu to Dei. Et hoc præterea clarum eſ ex eo, quòd Moſes Deut. 5. Sabba-

tum

rum dicit μνημόσυνον ſervitutis, quam in Ægypto obierant. Notabilia ſunt verba v. 15. *Et recordaberis, quòd ſervus fueris in terra Ægypti, & eduxerit te Dominus Deus tuus inde manu valida & brachio extenſo. IDEO juſsit te Dominus Deus tuus facere Sabbatum* ſive *ceſſationem agere.* Sic argumentor. Ceſſatio, quæ mandatur in memoriam eductionis ex Ægypto domo ſervitutis, eſt ſignum, ſacramentum, typus liberationis per Chriſtum ab omni ſervitute: & ſic eſt typus quietis, quam habiturus erat Iſraël in N. T. poſtquam ſanctificatus eſſet in ſanguine Chriſti.

Amplior explicatio verborum Exod. 20: 11.

LIV. Quòd ſi ſecundùm hæc & analogiam fidei certam porrò penetremus ad mentem illorum verborum, *Propterea benedixit diei ſeptimō & ſanctificavit eum,* inveniemus 1. in eo, quod Manna, cibus cœleſtis,

datum

datum eſt ad epulandum, ſine labore & quæſtione, non viſum ut deſcendens in terram, aut ut excoctum & quicquam patiens eò, ut cibus fiat: eſſe præfigurationem manifeſtam illius ſtatûs, quem Iſraël verus habet poſt abſolutum opus redemtionis. Non enim requirit ampliùs vel ut Chriſtus de cœlo deſcendat vel ut moriatur & laborem animæ patiatur, quò nobis fiat panis vitæ qui nobis eſt panis tum quatenus de cœlo deſcendit, tum quatenus carnem & ſanguinem pro nobis dedit Joh. 6:33. 35. 51. 53. 57. 2. Eum diem, quo is ſtatus incepit, qui eſt Sabbatum, finem impoſuiſſe ſiti & labori quærendi. Nam Chriſtus ut princeps ſalutis, per paſſiones conſummatus eſt, Hebr. 2: 10 3. Eum à Deo ad hoc ipſum delectum eſſe & ſanctificatum, ut in hebdomade initium eſſet ablati jugi & ſitis ac quæſtionis cibi cœleſtis vel requirendi illud, quod ad affe-

rendum

rendum ſermonem juſtificationis deſiderabatur, neceſſitatis; nempe ut is, qui ex cœlo deſcenderat, etiam ad inferos deſcenderet. Deut. 30:13. Quis enim negabit, Deum & tempora & annos & dies & horas & momenta diſtribuiſſe & præfixiſſe operibus ſuis, quæ facturus erat ſalutis noſtræ cauſa? & dignum ipſo eſſe, ut id voluerit in ipſo operis maximi colophone à nobis cognoſci?
4. Rectè poſſe dici, Deum & ante jacta mundi fundamenta, ut illam conſummationem illius operis, ita etiam diem illius operis prædeſtinaſſe: idque, poſt promiſſionem ac typos & Euangelium, ex iis, quæ in exordio rerum facta ſunt, cognoſci per analogiam, quam habent cum conſummatione operis redemtionis. Quare & Apoſtolus ſic audet argumentari, Quando Deus quieſcit ab opere ſuo, etiam nos quieſcere, Hebr. 4: 10. uno ſermone vetera & nova complectens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Argumentum tertium : ab eo, quòd Sabbatum eſt onus.

LV. Tertiò, Non poſſunt Judæi aut Pſeudo-Apoſtoli imponere Chriſtianis, quod eſt onus. Atqui ceſſatio imperata Judæis, tametſi *quies* diceretur, tamen habebat onus admixtum: nempe 1. quòd opera illorum declarabantur impura, peccatis nondum expiatis inquinata, & adhuc inquinantia & ipſos & omnia, propter reatum adhuc vigentem. Niſi ita eſſet, ceſſatio non diceretur *ſanctificatio diei illius* aut *ceſſatio ſancta Domino*. Nam, ubi ceſſatio dicitur ſancta, opus declaratur non ſanctum. Præterea id ex promiſſa impoſterum *ſanctificatione* invictè demonſtratur. Nam, qui purus & non inquinatus eſt, non opus habet, ut ab impuritate ſanctificetur. Non confugient hîc Judæi plerique ad *inſtitutionem primævam*. Si tamen alii eò confugiant, dicemus, eam eſſe petitionem principii: & illos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Illos, qui noſtrum argumentum enervare ſatagunt, ad conſcientiam interrogabimus, annon perinde ſit cibum impurum dicere, qui per ſe bonus & utilis eſt, durante tempore œconomiæ V. T. & opera quædam impura dicere per intervalla dierum? item, Annon dicere, *Hæc opera ſi fiant, non ſanctificari diem*, ſit opera talia impura vocare? Non ſufficit igitur dicere, quòd *agnoſcendæ impuritatis neceſſitas ex occaſione peccatorum ſupervenerit*; quia ipſa ceſſatio ad hoc inſtituta eſt, ut eſſet teſtatio impuritatis, & reatûs manentis adhuc etiam in fidelibus propter ſacrificii & ἱλασμοῦ dilationem. 2. Quia faciebat exſpectationem & ſitim. (Omnis enim rectè (non tantùm ſecundùm literam) ſabbatizans intuebatur verbum illud, *Ego ſanctifico vos*: & in hoc verbo ſcrutabatur & ruminabatur vim promiſſionis, *Ero vobis in Deum.* ut patet ex Levit. 22: 31. 32. 33. *Et obſervabitis præcepta*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

mea & facietis ea. Ego ſum *Iehovah. & non profanabitis nomen meum ſanctum, & ſanctificabor* (vide Eſ. 5:16.) *in medio filiorum Iſraëlis. Ego Iehovah ſanctifico vos. qui eduxi vos ex terra Ægypti, ut FIEREM VOBIS IN DEVM. Ego* ſum *Iehovah.* Succedunt c. 23. præcepta de feſtis & Sabbato. Accedit 3. quòd per illud præceptum Iſraël conjectus eſt in magnas anguſtias & ſcrupulos infinitos, dum definire neceſſe habuit, quodnam eſſet opus vetitum, quod licitum. Neque enim, etiamſi pauca dicamus illis non licuiſſe, & molem illam præceptorum, quæ obſervant Judæi, eſſe à traditione patrum & ſuperſtitione Judæorum, ideò abfuit timor. Neceſſe enim fuit, in omnibus conſuetis operibus & alioqui bonis ac licitis timere propter præceptum; quum dictum ſit, *Non facies* כל מלאכה h. e. *quicquam.* Et, non tantùm propter congregationes coactos fuiſſe Judæos ceſſare,

patet,

patet, quia debuerunt ceſſare à veſpera ad veſperam: item, quia non licuit & in itinere ariſtas commolere manu, niſi propter famem. Ita & circumciſio fuiſſet opus vetitum, niſi expreſſè à Deo fuiſſet imperata in octavum diem. Sed, ut argumentum, quo uſi ſumus, adhuc intendamus fortiùs, ſic 4. arguimus. Quod ſine timore mortis (à quo Chriſtus nos liberavit) redintegrato, & ſine ſcrupuloſiſſimæ abſtinentiæ neceſſitate, & judicio circa tranſgreſſores, & ſic reſtitutione ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας priſtinæ Chriſtianis imponi non poteſt, id Judæi Chriſtianis nullatenus imponere poſſunt. De firmitate majoris non eſt nobis dubitandum. Minor ſic patet. Cui ſigno vel ſacramento Deus annexuit timorem mortis, & ſcrupuloſam curam, & judicia patrum carnis eorumque παιδείαν κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, id ſine illis incommodis imponi non poteſt. Atqui Deus illa

annexuit Sabbato; quod ſigni & ſacramenti uſum habet. Ergo id à nemine Chriſtianis imponi poteſt. Judæi non dubitant de veritate majoris. Ut verò nec Chriſtiani dubitent, faciet dictum Apoſtoli ſimile de Circumciſione Gal. 5:3. *Teſtor omni homini, qui circumciditur, quòd debitor ſit totam legem ſervandi.* Quæ ratio eſt? Numquid, quia ab initio patribus eſt data Circumciſio cum omni iſto onere? minimè. ſed, quia Deus poſtea ei omne id onus annexuit.

Exceptio.

LVI. Si quis dicat, Præceptum quidem tenere etiam ſub N. T. ſed *olim adhibitum eſſe modum exigendi & ſanciendi convenientem œconomiæ iſti Veteris Teſtamenti*; reſpondebimus, 1. Clariſſimè conſtare, quòd Scriptura V. & N. T. per abolitionem legiſlatorum & illorum principum, qui populum Iſraëliticum habebant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ſub diſciplina, ſignificet legis ipſius, quam illi poterant curare & exſequi, abolitionem. qualis lex in placitis conſiſtebat, & in rebus, quas oculus videbat fieri vel non fieri. 2. Si per *modum exigendi* intelligatur *modus exactionis*; non poſſe alium *modum exigendi* excogitari, quàm per præceptum: ſi verò per *modum exigendi* intelligatur *vigor* præceptionis, & abſoluta *omnis operis* inhibitio, quaſi ocium Deus jam non ita rigidè imperet & tam plenè velit ſervari; velim doceri, quo nitatur fundamento vel argumento probetur relaxatio præcepti, quæ non ſit abrogatio præcepti: & unde poſſimus diſcere eum diverſum *modum exigendi*; ſitne in Scripturis expreſſum, in quantum ſit obſervandum ocium, etiamſi non ſit neceſſe ita obſervari, ut Iſraëlitis; an verò hoc ſit mandatum aliquibus perſonis poteſtatem legiſlatoriam habentibus in Eccleſia? Si verò per *modum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

exigendi aliud quid intelligatur, æquum erat, ut id nos non celaretur. 3. Etiamſi non *ſanciatur* ſub pœna mortis, tamen ſanciendum fuiſſe ſub pœna judicii Eccleſiaſtici. Quod certè in N. T. non apparet.

Argumentum quartum, à natura præceptorum Novi Teſtamenti.

LVII. *Quartò*. Quod non eſt præceptum fidei vel charitatis, neque pertinet ad numerum præceptorum, quæ qui facit vivet in illis, neque eſt ſacramentum Novi Teſtamenti, id Judæi Chriſtianis imponere non poſſunt. Siquidem lex Dei ſub novo Teſtamento, quæ inſcribitur cordi, nulla alia eſt, quàm lex fidei & charitatis, &, cognito Chriſto, eo, qui de cœlo ad inferiores partes terræ deſcendit, propinqua eſt in ore & in corde. Sacramenta verò Veteris & Novi Teſtamenti eadem eſſe non poſſunt. Atqui præceptum de *Sabbato* h. e.

ceſſa-

ceſſatione ſeptimæ non eſt ipſum præceptum fidei (licèt includat vel præſupponat fidem ſanctificationis futuræ) neque de illo genere, quæ qui facit vivit in illis; neque ſacramentum Novi Teſtamenti. Ergo à Judæis & Pſeudo-Apoſtolis imponi Chriſtianis non poteſt. Agnoſcitur etiam inde ejus natura. nempe quòd pertineat ad ſacramenta Veteris Teſtamenti; quia indicat & obſignat promiſſionem de futuro, idque præfigurat (quod negare non poterunt ii, qui ſtatuunt, Sabbatum in ſtatu innocentiæ fuiſſe ſacramentum) vel ſaltem pertinet ad diſciplinam Veteris Teſtamenti.

LVIII. Minor in quibuſdam partibus manifeſta eſt. Nam non eſt ſacramentum Novi Teſtamenti. quippe fuit ſub Veteri Teſtamento. Non eſt præceptum fidei. Aliud enim eſt dicere, Non facies ullum opus: aliud, crede, imprimis Euangelio. Nam fides Euangelii habe-

tur etiam, quum operamur opus noſtrum. Non eſſe de præceptis, quæ qui facit, vivet in illis, ſic patet. Quod Ezechiel à præceptis, quæ qui facit, in iis vivit, diſtinguit; id tale non eſt. Atqui diſtinguit. Ezech. 20:11.12. *Et dedi illis ſtatuta mea, quæ qui facit, vivit in eis: atque ETIAM Sabbata mea dedi eis.* adde v.20. Confer etiam Nehem. 9: 13. 14. *Et in montem Sinai deſcendiſti, & loquendo* locutus es *cum ipſis de cœlo, & dediſti ipſis judicia recta & leges Veritatis & ſtatuta & præcepta BONA. & Ceſſationem tuam ſanctam notificaſti ipſis*, h. e. notificaſti ipſis, quo die quieveris ab operibus tuis, dando ipſis ceſſationem diei ſeptimæ ad recordationem illius; vel etiam notificaſti eis, quòd aliquando, abſoluto *opere tuo*, quod deſtinaſti, ad ſanctificationem, ceſſaturus ſis, eumque diem, quo primo omnia perfecta erunt, nempe diem ſeptimum, illis notificaſti: à quo quies illorum cæptura

erat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

crat. *Et præcepta & ſtatuta & legem præcepiſti ipſis in manu Moſis ſervi tui.* In hoc cumulo jam continentur leges non bonæ. Ezech. 20:25. Nam Moſes & bonum & malum, & vitam & mortem, & benedictionem & exſecrationem propoſuit ipſis. Deut. 30:19.

LIX. Ampliùs id patet: quia eſt *præceptum poſitivum*, *quod Deo placuit mandare*, & *nequaquam eſt juris divini naturalis*, & *abſolutè immutabilis*, *ſed ſolùm poſitivi & liberi* (quod conceditur etiam ab iis, qui noſtra argumenta contra Judæos labefactant) atque ita *placitum*, δόγμα eſt, pertinetque ad νόμον ἐντολῶν ἐν δόγμασι, (Epheſ. 2:15.) ſine quibus imago Dei in homine integra eſſe poteſt. Ampliùs id confirmari poteſt, quia Ezechiel v. 13. 16. 24. ubi agit de inobedientia Iſraëlitarum, *ſtatuta* & *Sabbata* diſtinguit. Neque admittendum eſt, ſi quis dicat, Ezechielem ibi nihil aliud, quàm tranſgreſ-

ſionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ſionem legis operum *per peccata*, indigitaſſe: ut videatur Sabbatum ad legem operum pertinere; quaſi hîc locum habeat, quod eſt *Rom.* 7: 10. 12. 13. *Inventum eſt illud præceptum, quod erat ad vitam, mihi ad mortem, &c.* Nam in Epiſtola ad Romanos *præcepta, quæ qui facit, vivit in illis*, conſiderantur, ut conſtituunt fœdus operum: ſed Ezechiel, quamvis præcepta pleraq; Decalogi illo elogio exornet, quòd faciens ea in eis habeat vitam, non tamen docet, ſic Iſraëli ea tradita eſſe, ut in operatione eorum poneret juſtitiam ſuam. Deinde Apoſtolus in epiſtola ad Romanos docet, quid omnis peccator inveniat in lege, & quid lex, quæ dicit, *Qui fecerit ea, vivit in eis*, efficiat in omni peccatore; ubi deeſt verbum gratiæ: ſed Ezechiel docet, Iſraëlitas rejeciſſe fœdus Dei, quod Deus cum peccatore facit intercedente *ſanctificatione* & nominis ſui & peccatoris per ſacrificium; & non

tantùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

tantùm bona promiſſa (quæ legi operum adjuncta erat) perdidiſſe, ſed ſe oſtendiſſe extraneos à juſtitia Dei, qua homo peccator apud Deum ſtat; & ſibi accerſiviſſe illo ſtupore & tranſgreſſione fœderis jugum grave functionum carnalium, quæ ad ſanctitatem aut conſcientiæ pacem non faciunt, cum judiciis, quibus ad illas compellebantur; ut tanquam freno aliquo continerentur & cogerentur monimenta divinarum rerum oculis manibuſque perpetuò tractare, denique in ſtuporem agerentur. Quippe eſt in Decalogo ſtipulatio fidei: quæ excludit opinionem juſtitiæ ex operibus. Ergo inobedientia, de qua Deus conqueritur apud Ezechielem, eſt *inſidelitas* & τὸ ἀμετανόητον, ſive ſpretio ſtipulationis fœderis gratiæ, qua poſtulatur *fides per charitatem efficax*. de quo jam §. 7. diximus. Quare, ſi quis *non dubitet, ſi ratio naturalis recta foret & lux integra,*

quin

quin modum Dei colendi & Sabbati eo fine obſervandi notitiam æquè haberent homines *atque nunc naturaliter habent notitiam conjugii , quòdque duo ſint in carnem unam :* is neceſſe eſt ſupponat, in iis, qui non vident, quòd præceptum cultûs Dei & ejus amandi *cum omnibus cogitationibus & ex omnibus viribus* importet aut naturaliter includat præceptum dicens de ſeptimo die, vel de die aliquo, *Non facies ullum opus*, aut, quòd ex quiete Dei poſt creationem ſex diebus abſolutam naturaliter ſequatur neceſſitas non faciendi ullum opus ipſo die ſeptimo hebdomadæ, nedum aliquo die hebdomadæ; & tamen credunt in Chriſtum: rationem per fidem illuminatam non eſſe ſic rectam, ut ſuam, de eo non dubitantis. Certè tale, *non dubito*, non eſt principium fidei noſtræ. Et Auguſtinus tantùm abfuit, ut putarit, præceptum ocii eſſe de lege naturali, ut, *niſi requies illa aliam quandam*

dam ſpiritalem requiem ſignificet, ridendam judicari dicat. epiſtola ad Januar. 119. Adeò vel hinc conſtat, Sabbatum eſſe ad ſigna & ſacramenta referendum, quia non poteſt ad legem naturæ referri; & poſſumus dicere Judæis, *Quid facitis*, quum ſabbatizatis, ſi non datur requies à ſervitute vobis impoſita, & remiſſio, & reſurrectio mortuorum, & æterna tum animæ tum corporis gloria? Quippe ceſſare ab opere licito & utili non eſt pars cultûs Dei; neque poteſt præcipi niſi vel explorationis cauſâ, vel ut memoriale, vel ut figura præcedens, vel ſaltem ut ænigmaticum & ſymbolicum documentum, vel ut παιδεία hominis nimis dediti operibus manûs, vel ut politici ordinis ſpecimen. Specimen dico, quia definitio temporis, quo Deo cultus exhibendus eſt, eſſe non poteſt. Prava eſſet cogitatio; Deus jubet me hodie quieſcere & quietem ſanctificare,

re, Ergo Deus exigit ſeptimum diem ad cultum ſuum. Melior cogitatio eſt, Si Deus me jubet quieſcere & quietem ſanctificare, quid poſſum facere ſecundùm debitum meum, quo teneor Deum meum amare cum omni cogitatione & contentione virium, niſi ut mediter virtutes, opera & beneficia ipſius, & ipſius negocium agam, ut ipſum glorificem? Nonne bonum eſt, ut nos, quorum Deus appellari vult, eum celebremus in cœtu magno? ut diſcamus, quam bonum & jucundum ſit ſedere fratres etiam atque etiam una coram Deo ſuo? ut deliciemur in Deo? ut deſideremus & ſtudeamus in domo ipſius verſari omnibus diebus vitæ noſtræ, noſque à domibus noſtris & actibus manuum noſtrarum, quantum fieri poteſt, abducamus? ac proinde quàm frequentiſſimè ſive pauci ſive multi una colloquamur de nomine & præceptis Dei noſtri? & à cogi-

tatione vana & concupiſcentia rerum terrenarum per totam vitam feriemur? Ita ſimul erit παιδεία, & admonitio, & ſpecimen ordinis. Judæis autem, ſub ſervitute gementibus & ſiti atque exſpectatione laſſatis, inutile eſſet vel requieviſſe in terra ab itinere deſerti & labore Ægypti, vel quieſcere per unum diem, ſi non detur quies à ſiti & jugo & timore mortis: quemadmodum omni homini ſupervacuum foret ut vacare cultui, ita quieſcere per diem à labore manus; ſi non detur remiſſio peccatorum & liberatio à lucta peccati & vita tranquilla ac beata in æternum fruenda. Quare aut Deus mandans vacationem, ut occaſionem cultus, & dans quietem illam, intelligendus eſt hæc omnia polliceri, aut inutilia & ſupervacua præcipere.

Exceptio 1.

LX. Si verò quis neget, *ratio-*

nem,

nem, quæ in Decalogo Exod. 20 aſſertur, quòd Deus quieverit die ſeptimo, *eſſe aptam natam fundare præceptum cerimoniale typicum, adventum Meſſiæ & redemtionem per ipſum peragendum præfigurans*: is Deo aſſerenti, quòd *Sabbata dederit in ſignum notificans & obſignans ſanctificationem*, contradicit. Deinde eum diligenter oratum velimus, ut attendat ad analogiam fidei; quam in omnibus ænigmatis V. T. (ad quæ pertinet Sabbatum) oportet ad veros ſenſus ducem eſſe. Quid enim? Qui peccatorem jubet ceſſare eo die, qui in cyclo dierum reſpondet illi, quo Deus hominem demonſtraverat propter ſolum Deum eſſe factum & ut ei ſoli ſerviat; nonne clarè dicit, peccatoris opera diſcrepare ab illa puritate & rectitudine hominis, in qua dies illa ipſum invenerat; & factum eſſe ſervum creaturæ, cui non debebat ſervire? Deinde, Eum indigere *ſanctificatione* Dei, & ut ju-

ſtus

ctus ſit, & ut creaturæ non ſerviat amplius? Tum, eum hanc conſecuturum eſſe Dei beneficio? Denique, quum cauſa illius ſanctificationis extiterit, tum eum quieturum & ab accuſatione illa, & à deſiderio? & ſic ceſſationem hanc, quæ eſt accuſatio peccati, converti in typum illius quietis? Imprimis, ſi Deus ipſe eam ceſſationem *ſignum ſanctificationis* (quæ tum non fiebat. quia peccatum adhuc accuſabatur) appellet?

Exceptio 11.

LXI. Si autem contra quis dicat, Eam rationem *quietis Dei in ſeptimo eſſe aptam natam fundare præceptum morale cerimonialia typica antevertens,* eum rogabimus, ne confundat *moralia* præcepta, *quæ qui facit, vivit in eis*, cum *placitis*. Deinde petemus, ut nobis demonſtret, quomodo ex eo, quòd Deus quievit die ſeptimo, ſecundùm analogiam fidei illius veritatis,

ritatis, ſequatur, Deum in cyclo dierum uno die debere potiùs ſanctificari, quàm omni tempore? & quidem cum ceſſatione omnimoda? An igitur Deus ſanctificari non poteſt eo die, quo non omittuntur omnia opera? Imò, ut clarum eſt, potiùs hoc inde conſequitur: Siquidem Deus quievit die ſeptimo, &, hominem propter ſolum Deum eſſe creatum, oſtendit; non debere hominem ullo tempore aut die magis curare aut tractare ullam creaturam, quàm neceſſe eſt ad Dei ſanctificationem, aut quàm magis utile eſt id per creaturam fieri, quàm ſine illa.

LXII. Quare etiam non ineptè quis ita poſſit argumentari: Quod non poteſt teneri ab homine niſi per *memoriam præcepti*, id non eſt morale; licèt poſſit eſſe præceptum de *circumſtantia cultui morali liberè per placitum* adjecta. Atqui tale eſt Sabbatum, ut non poſſit teneri niſi

per

per memoriam præcepti. Idque invenit homo, quum audit, *Hoc eſt, quod Deus dixit; ad tentandum ipſum; præcepit tibi; memento:* (qualia occurrunt Exod. 16. verba poſuimus § 42.) at naturalem notitiam fluentem ex eo, quòd Deus quievit die ſeptimo, non invenit. Hoc modo argumentatur D. Thyſius in ſynopſi diſp. 21. §. 11.

Argumentum quintum, ab eo, quòd in prophetiis de N. T. Sabbatum non ſignificat diem ocii ab opere licito.

LXIII. *Quintò.* Quod præceptum à Deo non præſcribitur, ubi tempus Novi Teſtamenti *Sabbatum* appellatur, id Chriſtianis à nemine præſcribi poteſt, tanquam divinum præceptum. Conſentaneum enim eſt, in eis locis, ubi tempus Novi Teſtamenti *Sabbatum* appellatur, ut res per figuram quietis ſeptimi ſignificata; quod perpetua ceſſatione ab operibus utilibus conſtare non poteſt; ſi aliquis dies in eo præcipuus

puus ſit, in quo non oporteat ullum opus facere, ita ut ea ceſſatio ſit cultus præceptus (Nam, quod præceptum eſt, cultus eſt, ſi propter præceptum fiat) præcipuum illum vel peculiarem cultum deſignari. Atqui ceſſatio ab opere utili omnimoda, obſervanda ſeptimo vel ullo die, in talibus locis non memoratur. ut Eſ. 58: 13. Ibi enim *Sabbatum* & *dies Sanctus Domini* ſignificant tempus novi Teſtamenti. quod ita appellatur propter requiem, quam vetus populus ut futuram exſpectabat. Liquet verò, de eo Sabbato novo prophetam agere, quia omnia illa à cap. 53. agunt de rebus Novi Teſtamenti. Et nominatim, quia cap. 56: 2. quod dicitur *Sabbata Dei ſervare*, pertinet ad Novum Teſtamentum. quippe ad illud tempus, quo peregrinus & eunuchus non ampliùs habet dicere, *Deus me ſeparavit à populo ſuo*: &, quo *domus Domini domus orationis vocatur omnibus populis*; &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ibi oblationes populorum *ad εὐδο-κίαν aſcendunt in altare Domini.* Quem-admodum autem in N. T. non ſunt holocauſta pecudum, neque altare aut templum manu factum, ſed *do-mus Dei* eſt, ubi Deus habitat, nem-pe Eccleſia, ſive corpus & anima fidelium, & *altare Domini* eſt Chri-ſtus: ita quoque in N. T. non ſunt *Sabbata,* quæ ceſſatione omnimoda, et cultu, celebrentur. Porrò cap. 58. id dicitur de *Sabbato* Novi Teſta-menti, quod eſt omnis temporis Novi Teſtamenti. Eſt enim tem-pus gratiæ, tempus ſatietatis, tem-pus libertatis, tempus quietis, tem-pus juſtitiæ, tempus ἁγιασμοῦ, præ-ſtans omnibus diebus ſeculi ante-ctis, & glorificandum eſt, ſive præ-ſtantiori modo habendum eſt, quàm Iſraëlitæ ſua Sabbata habere potue-runt; & verò ab illo avertendæ ſunt *viæ noſtræ*, non ut non liceat nobis facere utilia, cum gratiarum actio-ne, ſed ut relinquamus viam, quæ non

non eſt via Dei; neque *faciamus* ve[r] *inveniamus quod nobis volupe ſit*, ſed fa[-] ciamus, *quod Deo volupe eſt* (Eſ. 53[?] 10.) & non *loquamur verbum*, ſed *lo-quamur verbum Dei*, quod non eſ[t] merum *verbum*, ſed *vita noſtra:* nequ[e] *mittamus digitum*, neque *imponamu[s] jugum.* & quæ alia ſunt in illo capit[e] commendata.

Propoſitio quæſtionis ſecundæ, An Chriſtianis incumbat præceptum directum, ceſſandi die aliquo ex ſeptem.

LXIV. Sed non tantùm cum Judæis & Pſeudo-Apoſtolis nobis re[s] eſt, qui Chriſtianis totum jugum legis imponere geſtiunt (quanquam enim Pſeudo-Apoſtoli tales jam non ſint, tamen doctrina illorum quæ in libris N.T. commemoratur æquè nunc atque olim cavenda eſt) ſed etiam cum Monachis; de quibus ita graviter loquitur Calvinus inſtit. lib. 2. cap. 8. §. 34. *Pſeudo-Prophetæ Judaica opinione populum ſuperioribus ſeculis imbuerunt, nihil aliud af-*

feren-

ferentes, niſi, abrogatum eſſe, quod cerimoniale erat in hoc mandato (id vocant ſua lingua diei ſeptimæ taxationem) remanere autem, quod morale eſt, nempe unius diei obſervationem in hebdomade. Quo dicto Calvinus non illos reprehendit, qui ſtatuunt, ſaltem die aliquo ſeptimanæ conveniendum eſſe, & tum, quantum pote, vacandum præcipuè meditationi & inſtitutioni (quod non eſt in dubium vocandum) ſed eos, qui putant, ceſſare eſſe cultum (quemadmodum, Judæis fuiſſe cultum, aſſerit Walæus p. 298. b.) aut aliquod opus utile cum gratiarum actione non intempeſtivè nec cum perturbatione ordinis facere, propter δόγμα divinum, ullo die peccatum eſſe (Confer Rivetum p. 154. 155. Danæum in præcept. 4.) idq; ita edicunt, ut non probent, neq; conentur probare ſententiam ſuam ex ſcripturis, ſed obtrudant auctoritatẽ ſuam & multitudinis ſibi obedientis, quam vocant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Eccleſiam, &, quum leges facit, audiendam aſſerunt, propter ſpiritum ſcilicet, quem dicunt eam ducere in omnem veritatem. Qui ſanè *Pſeudo Prophetæ* ſunt.

LXV. Qui igitur cum illis eadem dicunt, eos miramur theſin ſuam ponere per *VIDETVR*, *ARBITRAMVR*. Vellem autem nobis explicarent, quam ceſſationem aliquo dierum ſeptimanæ nobis præceptam putent. Nam, ſi eandem, quæ Iſraëlitis imperata erat, nobis quoque imperatam cenſent, tempus eſt ut definiant, an Iſraëlitis rigidè omne opus extra præſentem neceſſitatem prohibitum fuerit, nec ne: &, quid pro præſenti neceſſitate habendum ſit. &, ſi tantùm propter ſanctas meditationes ſic exercendas, ut inter aliud opus exerceri non poſſe videntur, ceſſatio illis imperata fuit, an ipſis licitum fuerit etiam convivari? Si autem non eadem ceſſatio nobis imperatur, quæ Iſraë-

Iſraëlitis, velim igitur demonſtrent, quare non verba illa, *Non facies ullum opus* vel *quicquam*, in rigido ſenſu ad nos pertineant; ſiquidem ad nos pertinent. In qua re, neſcio, an vel inter ſe vel ſibi ipſis concordent, qui ſunt in illa ſententia. Video quidem, à quibuſdam dici, *Ad obſervantiam Sabbati ſive Diei Dominicæ Chriſtianis præcipiendam, piamque ejus praxin urgendam rectè quoque referri ea, quæ exſtant Jerem.* 17:21.22.27. (Sic ait Jehova, cavete vobis ipſis: & ne portetis onera die Sabbathi, aut inferatis ea in portas Jeruſchalaimorum: neque educatis onera è domibus veſtris die Sabbathi, neque ullum opus faciatis: ſed ſanctificetis diem Sabbathi, quemadmodum præceperam majoribus veſtris. Quod ſi non auſcultaveritis mihi, ut ſanctificetis diem Sabbati & non portetis onus ingrediendo in portas Jeruſchalaimorum die Sabbathi) *aliiſque locis ſimilibus: utpote*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ejuſdem reſpectu noſtri, quantum ad rem ipſam attinet, auctoritatis ac veritatis: &, *ſi quis hoc libertati Chriſtianæ planè contrarium dicat, ſe moralitatem Sabbathi repoſituros.* Hæc, inquam, video à quibuſdam dici; ſed & ab iiſdem video dici, quòd *Sabbatum hebdomadale* ſub N. T. ſit *à rigore œcconomico V. T. liberatum.* quæ quomodo intelligi debeant, & quibus fundamentis ſuperſtructa ſint, equidem non video.

LXVI. Deinde, ſi morale eſt, ceſſare, quia Deus ceſſavit, erit etiam morale eo die ceſſare, quo Deus quievit. Præterea, ſi morale eſt, unum diem ex ſeptem ocioſum agi ſine tractatione operis noſtri liciti, etiam neceſſarium fuit Deo ſex diebus creare omnia & ſeptimo quieſcere. Nam, quod morale & ſic immutabile eſt, id in æterna veritate fundatum eſt. Atqui non poterat Deus, qui omnia ſeptimo die una eſſe fecit, etiam ſimiliter omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

primo die ſimul eſſe facere? Ergo libera & ſapiens ea voluntas fuit, quæ illum diſpoſuit rerum faciendarum & quietis ordinem. Quemadmodum verò liberum Deo fuit ſic ordinare ſua opera, ſic etiam liberum ei fuit, quando id facere voluit, memoriam diei quietis ſuæ per ſymbolum inter homines propagare. Quòd ſi autem ſymbolum quietis Dei, quod poſitum eſt non tantùm in quiete alicujus diei ex ſeptem, ſed ipſius ſeptimi, tranſponimus, nonne illud, quod dedit, tollimus? Cupio cognoſcere, quibus argumentis perſuaſuri ſint Judæis, mentem præcepti eſſe, uno die ex ſeptem feriandum eſſe. Quanquam ſcio, antiquam hujuſce opinionis originem eſſe: quæ & Chryſoſtomo attribuitur. Attamen Calvinus iſtiuſmodi errores *Pſeudo-Prophetis* imputat, qui eos docuerunt & recipi voluerunt, tanquam ſi viſum eſſet Spi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ritui Sancto, quod ipſis viſum fuit.

LXVII. Si verò *cerimoniale* eſt in *taxatione ſeptimæ*, exponant, quæſo, nobis, quare taxatio ſeptimæ ſit cerimonialis, & taxatio alicujus ex ſeptem ſit moralis: & quid differant ea moralitas & cerimonialitas, ſi ceſſatio ſeptimæ & unius ex ſeptem eadem præcepta eſt & propter eundem finem. Denique, quomodo efficere poſſint, ut ipſa quies non ſit figura?

Objectio ex loco Matth. 24: 20.

LXVIII. Utuntur quidam eo loco, qui eſt Matth. 24: 20. *Orate autem, ne fiat fuga veſtra hieme aut Sabbato.* Quòd ſi mentem illorum, qui hunc locum allegant, rectè percipio, hoc volunt: Intelligi hìc per *Sabbatum* non *ſeptimam* (quia receptũ eſt, in N. T. nos ad eam non teneri) ſed *dominicam*, unam ex ſeptem, quæ *eâ conſcientiâ obſervari debuerit*

ſub

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ſub N. T. *uſque ad conſummationem ſeculi, ut fideles oportuerit deprecari, ne fuga* iſtiuſmodi *illis fieret die Sabbati* i. e. dominica. In qua ratiocinatione hoc rurſus ſumitur, quod Judæi non concedent, mnemoſynon quietis Domini ab operibus creationis poſſe alio die agi, & quidem ſine verbo expreſſo Dei. *Sabbatum* igitur omninò ſignificat Chriſtus, non *dominicam.* Loquitur autem ad Judæos. Diſcipuli enim ipſius ex Judæis erant. Poteſt ſubinnuiſſe, quòd multi adhuc infirmi fide futuri fuerint, qui *diem præ die* judicaturi eſſent, tempore caſûs Hieroſolymæ. Et id nobis ſufficiebat dixiſſe. Sed dicamus etiam, quod omnium planiſſimum eſt. Orandum fuit fidelibus, 1. ut exitus illorum non fieret in fuga. quemadmodum promiſſum erat citò exeuntibus. Eſ. 52: 11. 12. *Exite . . Nam non in feſtinatione exibitis, & in fuga non ibitis.* 2. ut, ſi tamen contingeret, eos cogi fu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

gere, fuga non fiat in hieme. Majus enim incommodum habet fuga hiemalis. Hoc erat futurum fugæ tardantium exire incommodum corporale. Sub quo exemplo omnis corporalis incommoditas intelligitur. Deinde, ut priùs *Sabbatum* tollatur, quàm fugere cogantur vel tunc vel in poſterum. Et, qui promiſerat, media ſeptimana poſt Chriſti exciſi exaltationem, ceſſaturum ex parte ſacrificium & munus, Dan. 9. idem promiſit eo ipſo, Sabbati abolitionem eo ipſo tempore inchoandam eſſe. Poſthæc, ſi quis tamen ex Sabbati opinione eluctari non poſſet, is neceſſe habebat orare, ne fieret fuga in Sabbato. Denique ipſi Judæi orare debebant, ne fieret ſua fuga Sabbato. Chryſoſtomus. ὁρᾷς, ὅτι πρὸς ἰουδαίους ὁ λόγος αὐτῷ καὶ περὶ τῶν αὐτοὺς καταληψομένων κακῶν διαλέγεται; οὐ γὰρ δὴ οἱ ἀπόστολοι ἔμελλον σάββατον τηρεῖν ἢ ἐκεῖ ἔσεσθαι. *Vides, quòd ipſi ſermo ſit ad Judæos*

dæos & de malis, quæ ipſis erant eventura? Nam Apoſtoli non erant ſervaturi Sabbatum, neque illic futuri. Et quidni ad eoſdem pertineat hoc dictum, ad quos v. 16. *Tunc, qui in Judæa erunt; qui ſupra tectum; qui in agro.* Quos autem exaudivit Deus, illorum fuga non eſt facta Sabbato, quia vel non coacti ſunt fugere, vel non ſunt turbati Sabbati religione in regno libertatis. Amoſus cap. 8:10. prædixerat: *Mutabo feſta veſtra in luctum & omnes cantus veſtros in lamentum.* Non debuerunt igitur orare, ut id ne fieret, & quies illorum non verteretur in fugam? Certè nunc & fugiunt & vagantur & exulant in Sabbato & feſtis, &, niſi ſtuperent, ejularent, non ob amiſſam terram, ſed propter *unigenitum*, quem confoderunt. Zach. 12. Velim hîc etiam legi Walæum p. 290. b. cujus verba hæc ſunt: *Quod dicitur Matth. 24:20. nullo modo evincit, non eſſe in quarto præcepto aliquid ceremoniale: quia propter*
 morale,

morale, quod in præcepto ineſt, id dici poteſt: nempe ne id eo tempore fiat, quo divino cultui eſt vacandum; etſi id eo modo aut rigore non fiat, quo à Judæis factum eſt. Deinde & valde conveniens eſt quorundam reſponſio, hoc peculiariter intelligendum eſſe de ultima oppreſſione, quæ tempore obſidionis Hieroſolymorum à Romanis die Pentecoſtes contigit; quo fideles illi, qui inter Judæos vivebant, propter quietem hominum & jumentorum, ſe ad fugam parare non poterant, ut tantum diſcrimen evaderent, &c. Poteſt & hoc dici, Chriſtum hîc ſynecdochicè ratione ſui temporis locutum eſſe de quovis tempore ad fugam incommodo, quemadmodum ſermonem ſuum de rebus in Eccleſia Novi T. futuris nonnunquam ritibus Eccleſiæ Veteris Teſtam. accommodat, ut Matth. 5: 23. Quando donum tuum afferes ad altare, &c. Atque ad hujus rei confirmationem hic addi poteſt, quòd dies noſter Dominicus nunquam in S. Scriptura Novi T. nec apud primitivæ Eccleſiæ ſcriptores Sabbathum vocetur.

Locus Col. 2: 16. 17.

LXIX. Si qui ſunt porrò, qui hîc adhuc hærent, velim diligenter conſiderent, quid, ſecundùm illa, quæ jam de Sabbato tractavimus, & ſecundùm ἀναλογίαν τῆς πίστεως, in N. T. & præcipuè à Paulo dictum ſit. Coloſ. 2: 16. 17. *Nemo vos judicet in cibo aut potu, aut in* PARTE *feſti aut novilunii aut Sabbatorum. quæ ſunt umbra futurorum.* Si Paulus *alia præter hebdomadale Sabbatum* intellexit, quomodo diſtinguit Sabbata à feſtis & noviluniis? Et quod Sabbatum aliud reſtat, niſi annus Sabbaticus? Quis credat, Apoſtolum eò duntaxat reſpexiſſe? Et quare dixit *Sabbatorum?* & *in parte* ulla *Sabbatorum?* Si *Sabbatum hebdomadale* excipiendum fuit, ut *judicari* in eo poſſimus, potuitne aut debuit Apoſtolus ſic loqui, & Phariſæis anſam dare cogitandi, quaſi totum hoc verbum, *Non facies ullum opus*, ſublatum vellet? Rectè

dicit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

dicit Walæus p. 298. b. *Si hæc loca* (Col. 2. Gal. 4. Rom. 14.) *ſic liceat interpretari, tum nullus erit locus in toto N. T. ex quo evinci poßit, Sabbatum hoc hebdomadale Judaicum poſt Chriſti adventum eſſe abolitum.* Ego non dubito, Phariſæos vel propter hoc verbum judicaviſſe Paulum dignum morte: & non poſſum videre, quomodo, qui tenent hanc hypotheſin, quæ eſt, quietem omninò neceſſariam eſſe, ſi tum adfuiſſent, non ſecundùm Phariſæos fuerint judicaturi. Atqui, inquies, *modum, quo iſtud* Sabbatum *à Judæis obſervari debuit, non ipſum hebdomadale Sabbatum per ſe intelligendum ARBITRAMUR.* Dicas potiùs, Apoſtolum malè locutum, & corrigas ejus ſermonem. Quin ipſa *ceſſatio* eſt *umbra.* ut jam demonſtratum eſt. Quod autem *umbra* eſt, id hîc Apoſtolus intelligit. Confer Gal. 4: 10. 11. Dices, *In iſtis locis omnibus diei alicujus obſervatio ad uſum religionis ex inſtituto*

Chriſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Chriſti non damnatur aut negatur. Verba ſunt hæc celeberrimi Theologi, cujus memoria ſit in benedictione. Cujus quum lego caput de hac re, non poſſum ſatis mirari, quòd delatus ſit ad imbecilliſſima argumenta (quorum ipſe imbecillitatem videns ſæpe utitur verbo *VIDETVR*, *VERISIMILE EST*) & conjecturas incertas & minimè fundatas; idque, quum illud videatur velle probare, quod certiſſimis & evidentibus rationibus probare poterat: atque illo modo agendi poſterioribus, apud quos meritò in precio eſt, dederit occaſionem ſententiam ipſi longè aliam aſſignandi, atque ipſe habuit; & ex hypotheſibus ipſius longè alias faciendi conſequentias. Nam vel ex his verbis liquet, eum nihil aliud poſtulare, quàm ut ſtata tempora ſint congregationum, & homo tanti faciat ſtudium & exercitium pietatis, ut ſæpe propterea alia omnia omittat. Po-

tuiſſe autem Deum præcepto urgere illud debitum tribuendi Deo tempus noſtrum, & coemendi opportunitatem ad regnũ Dei propagandũ; nempe in exemplum præcipiendo vacationem ſeptimi cujuſvis diei, atque etiam aliorum feſtivorum dierum. Non enim defungi homines, ſi his diebus ſibi videantur omittere res & operas ſuas: ſed Deum hoc præcepto *SALTEM* (hoc valet idem cum *MINIMUM*) ſeptimam partem ſibi vendicare temporis noſtri, quod, quantum poteſt fieri, totum ipſi, imò quærendo regno & juſtitiæ ejus, tribuendum eſt. Deinde etiam Chriſtum, vel certè Apoſtolos, potuiſſe diſertè id exemplum commendare Eccleſiis Chriſtianis, ut diligentiam Iſraëlitarum imitarentur generoſa alacritate, & conventus ſolennes & univerſales *SALTEM* diebus Dominicis agerẽt. Putatque *veriſimile* eſſe, quòd Chriſtus aut Apoſtoli hoc fecerint. Cæ-

terum,

rum, *concedi poſſe exiſtimat, arctiorem*
ſervationem Sabbati illis pædagogiæ &
rvitutis temporibus fuiſſe imperatam,
æ ſeculis omnibus non obtineat : quan-
iam ipſe dubitat, an, *præter accen-*
nem ignis & cibi communis appara-
m, ſtrictior obſervatio fuerit Judæis
perata. Quæ ipſa ipſi *videntur* ne
idæis quidem fuiſſe in perpetuum
nperata. In ſumma, nihil aliud
ncludit, quàm *Requiri* tali die *quie-*
m, ſive ceſſationem ab omni opere, quod
ercitiis cultus divini ſolennibus *pone-*
t impedimentum. Atqui certiſſimum
ſt, cultum ſolemnem debere exer-
eri, & circa tempus ejus Eccleſiam
on debere fluctuare, & diligentiam
naximam imò vim adhibendam
obis eſſe, ut regnum cœlorum ra-
iamus & occupemus & amplifice-
nus, idque non tantum cum com-
nodo ſed & cum incommodo fa-
iendum eſſe; idque multò magis
obis, qui hæreditatem terreſtrem
ec habemus, nec quærimus; quum-

que

que non conveniat ultimis hiſc
diebus theſaurizare; neque deber
nos turbare congregationes, aut ea
negligere, neque nobis impedimen
tum ponere, quò minùs Deum ce
lebremus in cœtu magno; & eſſe di
vina providentia introductum mo
rem univerſalem lætandi in di
Dominica, & eum eſſe rationabi
lem, & convenire generali præce
pto, & ſic extare occaſionem cele
brandi Deum in cœtibus; & ea r
initiari nos, tamquam exemplo, di
ligentiæ adhibendæ circa quæſtio
nem regni Dei; eumque diem no
ſine ſeditione & ſpecie abnegat
reſurrectionis Dominicæ poſſe mu
tari; & vigere cohortationes a
quotidianos conventus, & eorun
quoque occaſiones dari aliquas; &
paratam eſſe etiam domeſticam ſub
vite & ficu colloquendi cum pru
dentioribus & cœtuum probati
doctoribus opportunitatem, & dar
unicuique ἄδειαν legendi, bonum

opu

opus exercendi & inveſtigandi co-
gnitionem veritatis : & tanta bene-
ficia non eſſe fruſtra habenda, ne,
tanquam indigni, qui verbum Dei
audiamus amplius, libertate &
doctoribus veritatis & poteſtate
utendi verbo privemur. Quid verò
ad pietatem prodeſt, dicere, Deum
determinaſſe & *definiviſſe tempus cul-
tus ſui*; quaſi Deus unquam velit non
coli, aut id velle poſſit? Aut quid
prodeſt diſputare, an opus licitum
facere in fide, cum gratiarum actio-
ne, ſine ſcandalo, ſine impedimen-
to cultus Dei, per ſe propter præ-
ceptum ſit peccatum? Aut qua uti-
litate proferimus conjecturas no-
ſtras, Sabbatum fuiſſe ante lapſum,
fortaſſis ut ſacramentum, ſaltem ut
placitum? idque vocamus non qui-
dem naturale, ſed poſitivum, atta-
men morale, τὰ ἀσύγκλωστα συγκλώ-
θοντες? Quo emolumento fidei de
ſabbatiſmo Abrahami & Patrum
hariolamur? Quare negamus ma-
nife-

nifeſtum typum in quiete Judæis mandata? Quare obſcuramus tam clarum indicium promiſſæ ſanctificationis impoſterum, ut Judæos non patiamur videre, quid Deus ipſos per Sabbatum docuerit, eoſque in opinione ſanctificationis per legem confirmemus? Quare exturbamus mandatum fidei in Chriſtum ex Decalogo, qui *fœdus Dei* cum Iſraëlitis continet, & ſic Socinianis & Judæis gratificamur? Nam ſi ſanctificatio, cujus ſignum eſt Sabbatum, non eſt futura ſanctificatio, ſed præſens, quid eſt in Decalogo, quod jubeat exſpectare futurum? Quare torquemus ſcripturas? Quare facimus partem cultus propter præceptum, quod *ſua natura non eſt cultus*, ſed tantum connexum illius generis cultus, qui præſtari non poteſt opus faciendo? Quid prodeſt diſputare cum Judæis de ſenſu præcepti: *Non facies ullum opus*: & illi detrahere vigorem & rigorem?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

orem ? Quid juvat , argumenta, quibus probanda eſt abrogatio Sabbati Judaici , enervare ? Nam , fac Chriſtum præcepiſſe de quiete Dominicæ, quomodo ſequitur, Sabbato quieſcendum non eſſe ? Non poteſt duobus diebus cultus exerceri & impedimenta cultus utroque die prohiberi ? An forte propter invidiam Judæorum nolumus commemorare creationis conſummationē?

Locus 1 *Cor.* 16: 1. 2.

LXX. Qui 1 Cor. 16: 1. 2. teſtatur , ſe ordinaſſe Eccleſiis Galatiæ, & ordinat Corinthiis, ut prima ſabbatorum pecuniam apud ſe ponant & vel in ærario coacervent vel domi componant , ut parata ſint ſubſidia ſanctorum in poſterum, ille jubet opus fieri die dominica. Ergo *ceſſationem* non præcipit. Et fortaſſe propterea non dicit *Sabbato*, quia erant adhuc infirmi, qui diem præ die æſtimabant. Non juvat dicere,

cere, ſacerdotes in Sabbato opu
feciſſe in templo. Erat id injunctum
Pecunia aliis diebus conferri potui

Locus Rom. 14: 5. 6.

LXXI. Paulus *infirmos in fi*
dicit, qui *diem præ die æſtimaban*
Rom. 14: 5. 6. Atqui Sabbatum
æſtimare præ diebus ſeptimanæ
quaſi propter præceptum ſeptim
vel ullo die non liceat, quod lice
aliis diebus, eſt diem præ die æſti-
mare. Nemo reputat diem præ di
propter Solis lucentis rationem; &
Apoſtolus non potuit pro infirmi
in fide habere, qui dierum diſcri-
men ex ſiderum poſitu & ſignifica-
tione ſtatuunt; aut opinantur, unum
diem meliorem ac ſanctiorem eſſ
præ alio ſine præcepto: ſed tantùm
illos, qui præcepto, *Non operaberi*
putabant diem à die diſtinctam. Et
quum de diebus agit, non agit de ci
bis. Eſt hoc confundere genera
Solos intelligeret infirmos in fide

qu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ui jejunium putarent eſſe ſervan-
um, aut dies azymorum. Non
ii dies diſtinguuntur per eſcam.
Iultò minùs credibile eſt, Apo-
olum dicturum fuiſſe, quòd, qui
iem curat, qui non ſit feſtum Ju-
æorum, ſed fortaſſe gentilium,
Domino eum curet. Tales exce-
tiunculas vide apud Baronium
A. C. 58. num. 86. Poteſt apud
undem legi num. 85. locus Hiero-
ymi de æqualitate dierum: aut, ſi
lacet, apud Walæum p. 299. quem
& nos deinceps inter Teſtimonia
eterum recitabimus. Neque ego
ixerim in hac re *infirmos fide*, qui,
non habentes verbum Dei, præci-
piunt ſervari cum diſcrimine ullum
diem: ſed tantùm illos, qui, non
ſatis ſcientes libertatem Chriſtia-
nam, ipſi timent legem tranſgredi
de Sabbato & aliis feſtis in lege
præſcriptis; gentibus autem jugum
non imponunt, & alios non judi-
cant, quos vident cum profeſſione
fidei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

fidei in Chriſtum non conjunge[illegible] Judaicam converſationem. Qu[illegible] ſi quis dicat, *Apoſtolum prohibere moroſas altercationes de obſervatione dieru[illegible]* is neceſſe eſt, ut præſupponat, qu[illegible] *moroſum ſit* urgere præceptum *de d[illegible]rum obſervatione* & *charitati contrarium.* Quod & nobis videtur. Na[illegible] ſi præceptum eſt, non eſt moroſu[illegible] & contra charitatem obſervati[illegible]nem urgere, ſed pium & charitat[illegible] Ut verò concedimus, *iis, quæ ex verbo Dei proferuntur & probantur, mode[illegible] & piè cum fideli perſuaſione & frater[illegible] concordia acquieſcendum* eſſe; ita n[illegible]gamus, quæ ſine verbo Dei dicuntur, & diſtinctiunculas, quibus aperta ſcriptura eluditur, ullo modo e[illegible] admittendas. Dicet aliquis, *Paulum loqui de illa æſtimatione dierum, q[illegible] offenſionem tum temporis pariebat int[illegible] Chriſtianos: at verò obſervationem di[illegible] Dominicæ, quam Apoſtolus doceat in omnibus Eccleſiis obtinuiſſe, non potui[illegible] præbere occaſionem ullius offenſæ.* R[illegible]

ſpondeo. Nemo certè potuit of-
fendi eo, quòd Chriſtiani diem pri-
mum Sabbatorum Dominicum vo-
carent, & eo die & convenirent &
lætarentur, & eleemoſynas confer-
rent: idque vel maximè, quia non
erat præceptum, ut illo die ab ope-
re abſtinerent. Sed de eo potuit eſſe
offenſio vel potiùs in eo potuerunt
alii eſſe *infirmi in fide*, alii *habere cogni-
tionem*, quòd alii non diſtinguerent
dies propter præceptum in Veteri
Teſtamento exſtans, tanquam ab
ea ſervitute liberati; atque adeò
non diſtinguerent dies amplius, ut
nullum præceptum novum haben-
tes: alii autem, Judæi cùm eſſent,
& in Chriſtum credidiſſent, ſed co-
gnitionem non haberent, timerent
in hoc peccare; & nihilominùs non
judicarent alios credentes in Chri-
ſtum, libertate prudenter utentes,
neque gentibus jugum imponerent.
Tales enim habendi ſunt *Domino
diſcernentes* vel *Domino non diſcernen-*

tes;

tes; non, qui propriis adinventioni-
bus ſe implicant, alios turbant.

Locus Marc. 2: 27. 28.

LXXII. Marc. 2: 27. 28. *Sab-
batum propter hominem factum eſt, n
homo propter Sabbatum.* id ſignifica
ſine dubio, Hominem, licet factu
ſit ad ſanctificandum Deum omn
tempore, tamen non eſſe factum
propter *ceſſationem*. Nihil enim re
ſtat, quod poſſis intelligere. No
licet nobis verba Chriſti mutare, &
pro *Sabbato* ſubſtituere *ſuperſtitioſa
Sabbati obſervationem*. Putare, ho
minem, qui factus eſt ad ſanctifica
tionem, eſſe factum ad ceſſationem
ſuperſtitio eſt. Nam Lex de *Sabba
to* non mandat *ſuperſtitionem*.

LXXIII. Quod autem Serva
tor inde deducit: *QVAMOBREM
dominus eſt filius hominis etiam Sabbat*
id patimur intelligi de Chriſto
dummodò 1. non dicas, Chriſtum
non fuiſſe in diebus carnis ſubje
ctum

ſtum legi. 2. Nec putes, eum eſſe propterea tantùm *Sabbati Dominum*, quia Deus eſt. Sed 3. agnoſcas, eum eſſe *Sabbati Dominum*, *quia non homo propter Sabbatum, ſed Sabbatum propter hominem factum eſt*, & *ipſe*, Filius Dei, *filius hominis* eſt, nempe miſſus à Patre, ut fidem faceret, Sabbatum propter hominem, ad ſpem ſanctificationis & quietis, factum eſſe; atque ita cùm per *dies carnis* eo maximè die, qui ipſius erat dies, ſe Servatorem manifeſtaret, etiam opus faciendo & opus imperando ad gloriam Dei; tum etiam hominem, adductâ juſtitiâ, ab accuſatione peccati & à ſervitute umbrarum liberaret: denique hoc modo fideles ſuos faceret ipſos quoque *dominos Sabbati*. quemadmodum diſcipuli ejus, tanquam domini Sabbati æquè atque omnium dierum, Sabbato ſpicas vellebant, molebant, edebant. Si Chriſtus Dominus noſter à lege Sabbati abſolu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

tus eſt, etiam illi, qui ipſius ſunt 2 Cor. 5: 16. Cæterum alio modo David fuit dominus rerum ſacrarum & Apoſtoli ſpicarum in Sabbato (& quidem δευτεροπρώτῳ h. e. προτέρῳ τῆς δευτέρας, quæ מחרת השבת dicitur, in qua manipulus offerendus erat) propter famem: alio modo ſumus *Domini Sabbati* propter *filium hominis Dominum noſtrum*. Quare omninò, ſi per *filium hominis* Chriſtus intelligendus eſt (quod concedimus) per *Dominium Sabbati* intelligitur poteſtas abrogandi Sabbati: & ratio abrogationis, quia *homo propter Sabbatum factus non eſt*. Habet homo poteſtatem conjugii, & eſt κύριος ineundi conjugium vel non; ſed non ſcortandi. Qui *Dominus Sabbati* eſt, ut creator & Sanctificator Iſraëlis, habet poteſtatem Sabbatum abrogandi; & quietem aliam dandi, in quam intrare non poſſunt, qui Sabbatum obſervantes illam non ſperant. *Legiſlator*, inquies, *ſu-*

pra

tra leges eſt & poteſtatem diſpenſandi habet in eis, quæ juri naturali non repugnant. Reſp. 1. Chriſtus non conſideratur hîc ut legiſlator, ſed ut *filius hominis* factus ſub legem, ut liberaret nos à lege. Dum diſcipulis, interim, dum ipſum, qui major templo erat, ſequuntur, eique operam dant, eſurientibus permiſit vellere & molere ſpicas, nihil in lege mutavit. Lex ad illum caſum non pertinebat. Quando nos facit Sabbati dominos, id facit ut mediator. Poſito enim, quòd Sabbatum datum ſit ad accuſationem & in ſignaculum promiſſionis, non alius, quàm qui Sanctificat, quique pacem facit, neque ex alio capite aliove titulo potuit Sabbatum abrogare: & verò eo ipſo, quia *Sanctificat*, Sabbatum, quod accuſat & præfigurat, abrogat, verum Sabbatum & veram quietem adducens. 2. Si autem, ut *legiſlator, ſupra legem* de Sabbato fuit; & illa lex *diſpenſari* poteſt (quod ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

rum eſt, quia eſt *placitum.*) potuit etiam abrogari: &, quia abrogari potuit, abrogata eſt. Omnem enim legem placitorum in ſanguine ſuo interfecit.

Locus Hebr. 4: 9.

LXXIV. Hebr. 4: 9. *Supereſt* (poſt ſtatum & qualitatem temporis Davidis) *ſabbatiſmus populo Dei.* Ergo quieſcendum eſt à ſiti, à ſcrupulis & ab omni formidine & timore, ſub quibus fuerunt Veteres, & à ſervitute illarum rerum, propter quas homo non eſt factus. Dices: Ceſſatio unius diei de ſeptimana *proculdubio inſigne adminiculum eſt quietis ac pacis illius ſpiritualis acquirendæ ac percipiendæ in conſcientia, ſanctæque oblectationis in Deo noſtro.* Reſp. Si quis *ſtans firmus in corde, non habens neceſſitatem*, tanquam *dominus Sabbati factus* à Domino, decernat, non modò congregationes diligenter, ſeriò, & cum præparatione animi

ad

ad obediendum Deo, die Dominico frequentare, ſed & præterea hoc die abſtinere ab aliis occupationibus, quantum poteſt, & meditari legem Dei, & in Domino ſe continenter delectare, aut pietatis extraordinariæ opera (etiam revera opera) exercere; eum non modò non vituperabimus, ſed etiam ſummopere laudabimus; quum ipſa quies Dei in Sabbato, ut ſupra diximus, oſtendat, propter quid homo factus ſit. Si verò is alios quoque ad ſimilia hortetur, habebimus pro inſigni charitate. Sed legem dare, ſcrupulos, formidinem injicere & nemini licet, & eſt inſigne peccatum; ut & id pro cultu habere, quod cultus non eſt. Si ceſſandum eſt propter præceptum, ceſſare propter præceptum cultus eſt. ut & D. Ameſius docet Medullæ lit. 2. c. 15. § 45. *Quies iſta quamvis in ſe abſolutè conſiderata non ſit neque unquam fuerit pars aliqua cultus: prout tamen à Deo imperatur*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

tanquam neceſſarium quid ad illius cultum, & ad illum etiam refertur, (ſimiliter ſi imperetur propter *ſignificationem,* aut ut ſit occaſio ſanctæ lætitiæ & ſtudii verbi divini & cœtuum agendorum) *eatenus eſt pars obſervantiæ illius, quæ pertinet ad religionem & cultum Dei.* Sed, quum opus Dei præferimus operi noſtro, non, ceſſare ab eo, quod utile & licitum eſt, cultus eſt, ſed opus Dei facere, & id tanti facere, ut tua commoda negligas. Ita jejunium in V. T. imperatum cultus & λατρεία erat, quando propter præceptum in fide agebatur; ſed, jejunare cum oras, æquè non eſt cultus, atque jejunare, ut crapulam diſcutias vel morbum: quanquam Deo gratias agere, ſive edas ſive abſtineas, cultus eſt. Si ſtatuimus, præceptum eſſe, ut ceſſemus, non poterit evitari diſputatio de Traditionibus Judaicis circa obſervationem Sabbati, ſintne illæ ſecundùm præceptum, annon; quid

licitum

licitum fecerint illicitum Rabbini, quid illicitum fecerint licitum; quid denique rectè obſervent.

Objectio Socinianiſmi.

LXXV. Dices, Sic ſentire de Sabbato *Socinianum* eſt. Reſp. Quòd Sociniani *Sabbatum* Judæis mandatum dicunt cerimoniale, habent commune cum Paulo, Athanaſio, multiſque viris doctis, & omnibus Chriſtianis, qui non ſabbatizant cum Judæis; item cum omnibus, qui Dominicam cenſent celebrandam in libertate Chriſtiana. Nam contraria ſunt ociari in libertate Chriſtiana & ociari propter præceptum. Sed cum illis non habent commune, ut abnegent propriam juſtitiam, habeant fidem in Chriſtum, agnoſcant exſpectationem eorum, qui fuerunt ſub V.T. & liberationem ab accuſatione legis per Chriſtum factam; quam ſanctificationis partem excellentiſſimam ſignum Sabbati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

promittebat. Id non ipſorum, ſed noſtrum eſt. Ita ipſis relinquimus opinionem, qua ſtatuunt, nullam rationem eſſe, quare diem Dominicam in precio habeamus. Quaſi aut recordatio illa reſurrectionis Chriſti per nomen κυριακῆς ἡμέρας non magni momenti ſit, aut conſuetudo univerſalis conveniendi in nomine Chriſti poſſit mutari, aut congregatio Chriſtianorum ſit contemnenda, aut non debeamus ad illam & illo die & per totam ſeptimanam nos parare. Cirellus h. e. Crellius Socinianus in Ethica Chriſtiana lib. 2. cap. 7. p. 212. cauſam dicit, cur Deus cerimoniale præceptum de Sabbato inſeruerit Decalogo; quia Deus voluerit legis imperfectionem denotare, adeoque ſignificare, legem Moſaicam aliquando ceſſaturam. Quod longiſſimè à veritate abit. Potiùs enim in illa Cerimonia dicimus eſſe confeſſionem perfectionis legis; quia damnationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

nem operum propriorum & pro-
priæ juſtitiæ in ea contineri dici-
mus. Nam, qui opera ſua damnat,
ut non convenientia legi, quam in
core habet; is impletionem illius le-
gis juſtitiam appellat. Rurſus, quia
cerimonia hac rectè utentes profi-
tebantur, ſe exſpectare divinam
ſanctificationem: in qua juſtificatio
continetur. Atqui, qui habet præ-
cepta non perfecta, & ex quibus
juſtitia non eſt, nihil habet, ex quo
vel ipſe poſſit juſtitiam expectare,
vel quo agendo ſignificet, ſe illam
expectare. Præterea, quia ſancti-
ficatio expectatur, ut largiens quie-
tem. Quies autem non eſt ejus, qui
cenſet, ſibi aliquid faciendum, quo
juſtus ſit; ſed ejus, qui amat juſtifi-
cantem, & in eo acquieſcit. At ex-
ſpectatio perfectiorum præcepto-
rum minimè poteſt eſſe exſpectatio
quietis. Denique fatebantur Iſraë-
litæ uſu hujus ſacramenti, ſe expe-
ctare juſtificationem & vitam per-

δικαίωμα ſive meritum vitæ, ex iis præceptis, quæ qui facit, vivit in eis. Qualia eſſe illa præcepta, quæ ipſis dederat, Deus ipſe dixerat. Longè alia igitur erat mutatio in fœdere, quam debebant exſpectare, & quam ſe expectare profitebantur; quàm illa perfectionis legis, quam ſomniant Sociniani. nimirum illa, ut, quemadmodum Decalogus eos docebat jurare, *Vivit Dominus, qui nos eduxit ex Ægypto; & qui nobis quietem daturus eſt*; & illius nomen ſanctificare: ita aliquando jurent, Vivit Jehovah Deus noſter, qui nos per ſanguinem filii ſui & ſpiritum filiationis, amoris & lætitiæ, ſanctificavit ſibi & à conſcientiæ accuſatione & anguſtiis fecit requieſcere: h. e. ut *ſibi benedicant in Deo Amen*, & *jurent in Deo Amen.* (Confer Jer. 16: 14. 15. 23: 3. 4. 5. 6. 7. 8. Eſ. 65: 16. 17.) & tum feſtum agant Deo in quiete à labore manuum ſuarum, à cultu terræ il-

lius, quæ ipſis data erat pignori, vel
illius alterius, tanquam hæredita-
tis ſuæ; à quæſtione rerum munda-
narum, à terrore conſcientiæ, à ſer-
vitute hominum, &, in novitate
cœli & terræ, quotidie veniant, ut
adorent Deum in communione cœ-
leſtis Hieroſolymæ, quæ libera &
tranquilla eſt. Eſ. 66: 20.21.22.23.

Objectio mutilationis Decalogi.

LXXVI. Dices, *Ita eliminatur verbum quartum*, & *pro Decalogo ſit* ἐννεάλογος. Reſp. *Johannes Robinſonus, vir pius, ita cavillabatur.* inquit D. Rivetus p. 162. Nos, ut antè diximus, Decalogum accipimus ut ſtipulationem *fœderis* gratiæ Iſraëlitis propoſitam, ſive ut formulam converſionis ad Deum per fidem promiſſionis de ſanctificatione in futurum præſtanda. Quæ formula complectitur etiam ſignum, quo cognoſcebatur, quòd Deus eſſet paratus Iſraëlem ſanctificare. Præ-

ceptum

ceptum verò de ſigno omninò poſtulat fidem ſignificati. Et ſine fide ſignificati nullo modo ſanctificabatur ille dies per ceſſationem. Igitur, qui fidem ſignificati retinet, & ejus veritatem agnoſcit, ſignum autem non ampliùs uſurpat, tanquam requirens adhuc & exſpectans & ſitiens veritatem, is revera ſabbatizat, neque eliminat hoc verbum, ſed meliùs & feliciùs ſervat in bona eademque per Chriſtum tranquillata conſcientia. Quemadmodum enim, qui in Chriſto circumciſus eſt circumciſione non manuali, circumciſus eſt, neq; poteſt dici *præputiatus carne & corde*; *non in carne confidens*, *ſed in Chriſto glorians* & *in ſpiritu ſerviens*, Col. 2:11. Ezech. 44: 9. Philip. 3:3. ita, qui quietem à Chriſto datam agnoſcit, laſſo quietem dat, jugum non imponit, non facit vias ſuas & voluptates ſuas, non loquitur inanes logos, non ratiocinatur, non præcepta ſua ſive ullorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

rum hominum tradit, ſed de Sabbato in Sabbatum, de numenia in numeniam venit, ut adoret Dominũ in incorrupto eodemq; manſueto & tranquillo ſpiritu, is Deo ſabbatizat.

Quæſtio de morali quarti præcepti.

LXXVII. Dices, An nihil igitur morale eſt in hoc præcepto? Reſp. *Morale* duplex eſt. 1. Quod ex ſola lege operum pendet, ſive quod pertinet primò & per ſe ad opera, quæ qui facit, vivit in eis. 2. Quod poſt peccatum & propter teſtimonium Dei de ſalute, atque ita ex hypotheſi, requiritur in peccatore, ut pars imaginis Dei reſtitutæ. Ita in præcepto de Sabbato cenſemus contineri duo genera moralium. 1. Præceptum & retinendæ quietis, quam Chriſtus præſtat, & ejus ſanctificandæ, in ſpe quietis illius in gloria conſummandæ. 2. Præceptum ædificandi proximum per communicationem veritatis & inflam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

flammationem charitatis. Ad hæc autem referendus eſt ſacramentorum uſus. Nam, ut *Sabbatum*, quod ſacramentum erat, obſervandum erat; ita ſacramenta quælibet à Deo data in fide uſurpanda ſunt. Pertinet huc miniſterii & ſcholarum conſervatio; frequentatio cœtuum, præcipuè diebus, quibus Eccleſia conſuevit eis vacare; denique, ut benignitas erga ſervos & ancillas, ita ſanè maximè erga pauperes. Et hæc Catecheſis Heidelbergenſis in hoc præcepto contineri vidit, & ex hoc præcepto ut Chriſtianis convenientia tradidit q. 103. Dicit aliquis, *Qui illud tantùm volunt eſſe morale in hoc præcepto, ut aliquod tempus vel certi quidam dies divino cultui aſsignentur, non magis moralem hanc inſtitutionem faciunt, quàm fuit exſtructio tabernaculi ac templi inter Iudæos.* Reſp. 1. Plus eſſe moralitatis in præcepto de Sabbato non modò fatemur, ſed & urgemus. Quieſcere in Deo pro-

ter Chriſtum, & ei quieti non pati
derogari, magnum & morale præ-
ceptum eſt. 2. Religio poteſt eſſe
ſine tabernaculo & templo, ſed non
poteſt exerceri in cœtu magno ſine
tempore. Rurſus dicit, Si tantùm
mandatum generale hîc intelligi-
tur, *omnibus & ſingulis nihil mandatur.*
Reſp. Imò hoc præcepto oſtendi-
tur in genere, bonum eſſe, rebus ſuis
omiſſis, Deo & operi ipſius vacare.
Deum autem celebrandum eſſe in
cœtu fratrum, non demum hoc
præcepto præcipitur, ſed præſup-
ponitur, ut notum. Nam & in De-
calogo de cœtibus agendis in Sab-
bato ne verbum quidem extat.
Compellit autem nos ad hoc fa-
ciendum amor Dei & proximi. Di-
cit, *Non eſt naturale, ſed poſitivum, at-
tamen morale, non naturæ, ſed diſciplinæ.*
Reſp. Utinam diſcipuli Dei atten-
derent ad λόγους διδακτοὺς πνεύματος
ἁγίου *vocabula, quæ Spiritus Sanctus do-
cet;* non inciderent in controverſias
inuti-

inutiles & inanes λογομαχίας. Jam, dum homines *morale* appellant, quod ad rectitudinem imaginis Dei propriè & per ſe pertinet (qualia Juſtinus vocat αἰώνια καλὰ *æterna bona & honeſta*) qualia ſunt ea præcepta, *quæ qui facit, vivit in eis*: & ex altera parte, quod tale non eſt, appellant *cerimoniale*: rurſuſque alii id tantùm *cerimoniale* dicunt, quod habet ſignificationẽ futuri; & id, quod non putant habere ſignificationem futuri, *morale* vocant: fit, ut idem alii *morale*, alii *cerimoniale* appellent. In quam diſputationem non incideremus, ſi δόγματα *placita* à neceſſariis præceptis diſtingueremus: & in *placitis* diverſitatem cauſæ diſtingueremus. Nobis igitur, quæ *naturalis juris* ſunt, ſunt *moralia*: & non alia: quæ autem ex poteſtate dominica liberè mandantur, δόγματα *placita* vocamus. Et ad hæc revocamus *Sabbatum*. reipſa non contradicentes ei, cui reſpondemus. Nam

& ille

Il ille Sabbatum negat eſſe *juris na-*
turalis : ait autem eſſe *poſitivi juris.*
Quanquam, quia non putat in quiete
Sabbati eſſe ſignificationem (in quo
errat) ideò *morale* vocat hoc *poſiti-*
vum, non *cerimoniale*. Deinde, quan-
quam duce Scriptura ſtatuamus,
quietem Sabbati Judæis præceptam
eſſe *figuram & umbram futurorum bo-*
norum, (quod omninò negari non
debet) tamen concedimus, præ-
ceptum hoc pertinere etiam ad *di-*
ſciplinam populi, & eſſe adactionem
ad exercendum id, quod pertinet
ad moralia ſive perpetua officia.
Nempe Sabbatum cogit confiteri
peccatum & abnegare propriam ju-
ſtitiam, ducit ad agnoſcendam *ſan-*
ctificationem, quæ eſt in ſanguine fœ-
deris; ducit ad φιλανθρωπίαν; ducit
ad pœnitentiam, tanquam ſignum
ſanctificationis Dei ſive regenera-
tionis & juſtificationis: præbet
etiam occaſionem operam dandi in-
quiſitioni veritatis privatim & in
cœtu.

cœtu. Quale igitur hoc *placitu*
eſt? Mutabile quidem in ſe; ſed ta-
men ut id, propter quod imperatum
eſt, ſit neceſſarium. Quod ſi abſit,
ipſum Sabbatum inutile, ridiculum
pernicioſum eſt. Ex præcepto au-
tem fit, ut cultus ſit ei obedire debi-
to fine & cum debito uſu, ſed illi
tantùm, quibus præcepit. Illis au-
tem, quibus non eſt præceptum, fi
ſuperſtitio talis, qualis eſt circum-
ciſio gentium, ſi tanquam cultu
præceptus obſervetur. Sed, ſi qui
id, quod non eſt cultus, (quod in
confeſſo eſt) non habeat pro cultu
(quia præceptum non eſt) ſed ta-
men id, propter quod quies illa præ-
cepta fuit, faciat ea diligentia, qua
ii, quibus quies unius diei præcepta
erat, cum aliis, quando licet, ſeor-
ſim & privatim pro modulo doni &
ex ingenua charitate, is, neminem
in fidei confeſſione & charitatis
exercitio viventem judicans, ſed ſuo
maximè exemplo ad omnem dili-
gen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

entiam inſtigans, à nemine judicandus ſed ſummopere laudandus eſt. Qui aliter diſputant, eos cenſeo & morale præceptum, *Amabis Dominum Deum tuum ex omni cogitatione*, & ipſum morale Sabbati tollere, & ex ſuo placito legem facere.

Senſus Catechiſmi.

LXXVIII. Dices, Catecheſis Belgica non habet *feſtis diebus*, ſed *Sabbato h. e. die quietis*. Et in Germanico eſt, am feyertage/ *die feſto* vel *feriationis*. Reſp. Non habet Eccleſia Belgica diverſum à Reformatis Eccleſiis dogma: memor, neque à ſe prodiiſſe Euangelium, neque ad ſe ſolam perveniſſe. *Sabbatum* dixit interpres & intelligit Eccleſia in commune diem vacationis electum & deſtinatum *cœtui* ſolemniter agendo, quem quivis, qui ad Eccleſiam accedit, invenit, quique adhuc in particularibus Eccleſiis conſenſu Eccleſiaſtico inſtitui poteſt. Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Quid per feyertag intellexerint do
cti illius temporis, quo Catecheſi
ſcripta eſt, patebit ex verbis Luthe
ri in Catechiſmo majori, quæ po
ſtea recitabimus. Urſinus voca
Sabbatum mediatum externum, *quo*
Deus mediatè per Eccleſiam inſtituit i
Novo Teſtamento; *cujuſmodi*, inquit
eſt dies primus hebdomadis. Item: *Sab*
batum novum pendet ex arbitrio Eccle
ſiæ, quæ elegit primum diem propter cer
tas cauſas: & is eſt obſervandus ordin
cauſa. Rivetus hîc etiam videndu
eſt p. 162. qui hactenus *de jure divin*
vacationem Dominicæ eſſe con
cedit, quatenus *propter mandatum*
Dei commune, quo vult omnia fieri ordi
ne, & ductoribus Eccleſiæ obediri in tali
bus, uſurpatur; ita tamen, ut cenſeat
periculoſam eſſe juris divini appellatio-
nem in iis, quæ ad politiam Eccleſiaſti-
cam referuntur. Non poteſt negari
quin Catecheſis etiam alios dies ab
Eccleſia ad cœtum ſolenniter agen-
dum lectos intellexerit. Nos,

etiamſi

etiamſi nec patres nec Scriptura
Novi T. diem Dominicum unquam
appellaverint *Sabbatum*; tamen,
quum omnes noſtri dies ſint Sabba-
ti noſtri particulæ, & *feriæ* vocentur
omnes dies Septimanæ (quòd Pa-
ſchalis hebdomadæ memoriam pu-
tarent priſci toto anno retinendam)
ut & Vettius Valens σαββατικὴν
ἡμέραν quamlibet feriam vocat, me-
morante Scaligero: imò, quia Eſaias
Sabbatum noſtrum quaſi diſtribuit in
Sabbata & *numenias*: non valdè im-
probamus, ſi *dies Dominicus* aliquo
modo *Sabbatum* vocetur. imprimis,
quia eſt memoria exordii Sabbati
noſtri, quod Eccleſia cœpit agere,
Chriſto denuò viſo: imò etiam ob
eam cauſam, quia in illa σχολάζομεν
ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν
τῆς εὐσεβείας. ut eſt in Canone 33. ſub
nomine Petri & Pauli in Conſtitu-
tionibus Apoſtolorum, quos, neſcio
quis, Clemens concinnavit, lib. 8.
Saltem patet vel hinc, eo ſeculo,
quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

quo is auctor ſcripſit, vel etiam illa
conſtitutiones receptæ ſunt, ſenſiſ
ſe homines, Apoſtolos ordinaſſe
ut quieſcerent ſervi in Sabbato &
Dominica in Eccleſia, diſcendo
cauſa. Ad Catecheſin Belgicam ſo
lent ad vocem *die quietis* addi hi loci
Exod. 31: 13. — 18. Num. 15: 32
Nehem. 15: 32. Nehem. 13: 15. — 23
Jer. 17: 21. 22. qui loci Latinis edi-
tionibus, etiam quæ Illuſtrium or-
dinum Hollandiæ & Weſt-Phriſiæ
mandatum præferunt, non appo-
nuntur. at nec Germanicis. Non
poſſunt ea teſtimonia eſſe appoſita,
niſi ut exemplum induſtriæ capere-
mus ex Judæis: qui jubebantur res
alias omittere: quo juſſo, nihil ſu-
pererat, niſi ut vel recreationi,
quantum ſatis erat, vel legendæ legi
& conventibus agendis & ſpirituali
lætitiæ (ad quod ipſos invitabant
omnia) operam darent. Nam Ca-
techeſis non docuit, nos Sabbato
Judaico vel lege ceſſandi teneri.

Neque

ſeque apponuntur loci, qui ſolent
legari, ad probandum Dominicæ
ſtitutionem. Contenta eſt Cate-
neſis generali documento, fre-
uentandas eſſe congregationes; &
biter memorat dies lectos vel le-
endos, ut ei rei vacemus. Ita &
ynopſis purioris Th. diſp. 21. § 56.
cit, *Dominicum diem non eſſe obſer-
ndum, qua Sabbatum à veteri populo
tione, per ſe & abſolutè ocio & quiete,
æ in parte pietatis* [propter præce-
um & ſignificationem; vide Wa-
eum p. 299. a. § *Id, inquam.*] *pone-
tur: ſed pro modo Chriſtianæ liberta-
, propter aliud; ut divino cultui vacare
blicè privatimque tantò expeditiùs
ſſimus: unde neque tali, aut tam rigida
præciſa obſervantia, qualem IVDAI-
MVS EXIGEBAT AVT SVPERSTI-
IO impoſuerat, ſed moderata religio-
que, qualis ſcilicet quies neceſſariò ad
ivinum cultum depoſcitur, celebrandum
ſe.*

Syno-

Synodus Dordracena.

LXXIX. Ita aſſentimur Synod[o] Dordracenæ, quæ in Poſtactis ſeſ[s.] 164. non quidem Controverſiam d[e] Sabbato (quæ in hoc ſine dubi[o] conſiſtit, an Chriſtianis dictum ſi[t] *Non facies ullum opus*, necne) *plenè d[e]cidit, cum alterius partis condemnation[e]* quod *nec ſui fori eſſe judicavit; quia* [i]*etiam ad alias Eccleſias reformatas pe[r]tineret: ſed eam moderationem adhiben[]dam conſultiùs judicavit, ut ſententia[m] eam, aliis diſceptationibus miſſis, utriq[ue] parti commendaret, in quam utrinqu[e] deputati, certis arbitris conſtitutis, co[n]ſenſerant.* Vide Walæum p. 27[6]. Cenſet Synodus, 1. *Ceremoniale ali[]quid in Sabbato eſſe.* 2. *Id eſſe quiete[m] diei ſeptimæ, rigidamque ejus diei obſe[r]vationem Iudaico populo peculiarit[er] præſcriptam.* Qui hæc nobis inter[]pretari geſtit, quaſi tantùm intelli[]gatur *determinatio iſtius diei*, (quæ [] meri ordinis, in ſe non invariabilis

deter-

determinatio eſt, non ad cerimo-
nias ſeu typos pertinet, ſed ad alîus
generis placita) & *adjuncta ſpecialia*
cerimonialia typica (quæ nulla fue-
runt, præter ipſam ceſſationem, in
tabulis fœderis, aut ante eas datas)
aut modus talem quietem, talem obſerva-
tionem exigendi conveniens œconomiæ
N. T. is nobis narrat, quid forte una
pars ſub illis verbis intellexerit,
non, in quid utraque pars conſenſe-
rit. 3. *Morale verò, quòd certus aliquis*
& ſtatus dies cultui Dei ſit deſtinatus, &
tanta quies, quanta ad cultum Dei ſan-
ctamque ejus meditationem (alii *praxin*)
ſit neceſſaria. Fatemur enim cum
Catecheſi, Miniſterium verbi &
Congregationes conſervari debe-
re: & ei rei ſtata debere eſſe tem-
pora, ſolemnis cultus Dei ab Eccle-
ſia celebrandi cauſa. 4. *Abrogato*
Sabbato Iudæorum (quod bene notan-
dum) *Chriſtiani diem Solis ſolenniter*
ſanctificare debent. Quum enim om-
nis dies, ſaltem privatim aut cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

paucioribus, ſit ſanctificandus, dies congregationis, rationabiliter & per providentiam Dei introductus, eſt ſolenniter ſanctificandus. 5. *Hic dies inde ab Apoſtolis in priſca Catholica Eccleſia ſemper fuit obſervatus.* Fuit enim nominatus dies Dominicus & illo non minùs quàm Sabbato congregationes actæ fuerunt, quinimò illo die *omnes in urbibus & agris morantes convenire* ſoliti ſunt. Quam conſuetudinem rationabilem meritò retinemus. 6. *Idem dies ſic cultui divino eſt conſecrandus, ut in eo ceſſetur ab omnibus, quæ non ſunt charitatis aut præſentis neceßitatis: & ab ejuſmodi recreationibus, quæ Dei cultum impediunt.* Confer Synopſin p. th. diſp. 21 § 46. Item Rivet. p. 153. & 154. Item Walæum de *operibus neceßitatis abſolutæ & ſecundùm quid*, p. 306. a. *Neque verò.* Et diligenter notandum, quòd Synodus ne *recreationem* quidem tollat. Confer Nehem. 8. 10. 11. 12. 13.

Objecti

Objectio à diſtinctione præceptorum Decalogi.

[.]LXXX. Dices, *Communia iſta* [n]empe *omne tempus, quod Deus homini* [p]*ſt abſoluta opera ſua tribuit, conſecrare* [D]*eo, & ab uſu creaturarum mente con*[sce]*ndere in fruitionem Dei, eumque glori*[fic]*atione nominis ſui & gratiarum actio*[ne], *virtutiſque omnis & ſanctitatis exer*[ci]*tio colere, non tantùm privatim, ſed in* [co]*ngregatione quàm frequentiſſimè cele*[br]*anda) primo præcepto Decalogi præ*[sc]*ribi: &, quod de congregatione quàm* [fr]*equentiſſimè celebranda additur, tam* [eſ]*ſe generale & remotum, ut ſimili modo* [q]*uælibet typica poſſint dici moralia.* Re[ſp]ond. 1. *Omnia* ſanè *typica* inclu[d]unt *morale*: ſed non *omnia typica* [ſu]*nt moralia*, aut *poſſunt dici moralia.* [Q]uippe quia *typica* ſunt. *Typus* enim [n]on eſt res, non eſt *αὐτὴ ἡ εἰκὼν τῶν* [πρ]*αγμάτων*, non eſt *veritas* typi. [2]. *Remotum* non eſt, quod in promtu [e]ſt cognoſcere. 3. Quid eſt, quare [q]uis dicat, præceptum *frequentiſſimè*

 cele-

celebrandi congregationes nimis general
eſſe: niſi quòd quis ſe Dei conſilia
rium faciat, ut ipſi dicat, quomo
do ipſum oporteat nos docere
Qua enim ratione aut quo verb
evincet, non ſatisfeciſſe Deum o
ficio ſuo, niſi etiam de certo di
præcipiat, cum in ocio tranſigen
dum, & id ocium ſanctificandu
eſſe, alio modo, quàm reliquis di
bus? Catecheſis non putavit, id n
mis generale eſſe. Paulus Heb
10: 25. nihil ultra id generale auſu
eſt. Chriſtus Matth. 18: 20. gen
ralitate hac contentus fuit. Et,
fallor, illa generalitas magis co
venit ad quotidianum ſtudium exc
tandum, quàm illa ſpecialitas, qua
illi putant Deo neceſſariò debe
placere. Quid enim efficacius ill
Quærite priùs regnum Dei & juſtitia
ejus? Matth. 6: 33. &, *Beatus hom*
qui meditatur in lege Domini die
nocte? Pſalm. 1: 2. Qua mente
Catecheſi appoſita ſunt illa gener

h. Pſalm. 40:10.11. Pſalm. 68:27.
ctor. 2: 42.46. Et Clemens Ro-
anus, quando quotidianas συνά-
ξεις, præcipuè verò eas, quæ Sabba-
o & Dominica fieri ſolebant, com-
endat, nihil quidem dicit de man-
ata ἀργίᾳ, ſed πρόφασιν τεχνῶν tol-
t, eo, quòd eæ ſint προφάσεις ἐν
μαρτίαις, *cauſationes in peccatis.*
uippe quia αἱ τέχναι τῶν πιστῶν
πάρεργα εἰσὶ (ideoque ἐν παρέργῳ
abendæ) ἔργον δὲ ἡ θεοσέβεια. lib. 2.
. 58. 59. 60. Quibus conſona
juſdem lib. 6. c. 23. ὁ σαββατίζειν
ἀργίας νομοθετήσας διὰ τὴν τῶν νόμων
ελέτην νῦν καθ' ἡμέραν ἐκέλευσεν
μᾶς ἀναλογιζομένους δημιουργίας καὶ
ρονοίας νόμον εὐχαριστεῖν θεῷ.
. Quid verò vetat dicere, omnia
ræcepta in primo præcepto conti-
eri & ex eo fluere? imò potiùs in
o verbo, quod præcedit primum
ræceptum, *Ego ſum Jehovah Deus*
uus? niſi forte quis putat, tabulam
ecundam, ut *mutabilem* & *diſpenſa-*

 bilem,

bilem, non fluere ex *præcepto magn*
Amoris Dei; neque illi *ſimile* eſſ
præceptum amoris proximi, ho
eſt, ſaltem æquè verum, Deo di
gnum, purum, ſanctum, immuta
bile, ad vitam. Quum Geneſ. 3: 15
Teſtamentum Dei publicaretur
natura dictabat omnia officia ex e
fluentia; & Deus non putavit opu
eſſe ſpecialiori inſtitutione de fid
& charitate. Quidni dicemus, i
hoc verbo, *Ego ſum Jehovah Deus tuu*
contineri omnia? &, ut Aben Eſr
dicit, ad Lev. 22. 31. 32. דבור
הראשון הוא עיקר כל המצוות *Primu*
verbum, Ego ſum Jehovah ſanctifi
cans vos, qui eduxi vos ex Ægypto
eſſe *fundamentum omnium præcepto*
rum? aut, ut Tertullianus loquitur
matricem totius legis? Nam, ut a
ſpecialia præcepta, ſaltem prima
tabulæ, deſcendamus, primò ex ho
verbo ſequitur, non eſſe hanc glo
riam, quæ eſt *Jehovæ* & quidem *De*
Iſraëlis, ulli creaturæ vel figment

cerebr

cerebri humani attribuendam, neque quicquam, præter Jehovam Deum noſtrum, nominandum eſſe *Deum noſtrum*; aut ullam prærogativam Dei noſtri ulli eſſe attribuendam, ut dicamus, *Non-Jehovah fecit omne hoc*, vel *quicquam horum*; atque ita divina *alienemus?* Deut. 32: 27. Secundum verò ex eodem clarè ſequitur. Si *Deus noſter* eſt *Iehovah*, non debemus *Deo noſtro* & ei, quod colimus, attribuere vilitatem & humilitatem creaturæ: quale quid eſt Deum colere in imagine, loco certo, quaſi uno loco magis eſſe velit, quàm alio, aut apud ſignum aliquod poſſit eſſe propior; fortaſſe & tempore certo, quaſi magis hoc tempus illius ſit, quàm aliud. quæ eſt gentilium de Deo cogitatio, dividentium tempora inter ſe ac creaturas & Deum. Jehovah enim non eſt Deus localis, ſed de longè & de prope; neque horarius, ſed æternus. Unde patet, hoc præceptum æquè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

immutabile eſſe & indiſpẽſabile ac primum, quia nunquam poteſt Deus eſſe non major creatura, atque adeò nunquam poteſt coli in ſimilitudine creaturæ. Quare, etiamſi Deus ſacramenta & ſymbola inſtituat, per quæ nos doceat, nullo modo tamen exiſtimandum eſt, Deum velle in illis coli, h. e. mentem noſtram affixam eſſe iſtiuſmodi rebus, vel tanquam ſimilitudini, vel tanquam loco Dei. Vide Actor. 7: 48. 17: 24. 25. Tertium eſt, ut Jehovam neque creatorem noſtrum neque *Deum noſtrum* nuncupemus, niſi in veritate; neque adeò quicquam cogitemus, dicamus, faciamus, quod non ipſius nomini, ut *Dei noſtri*, conveniat: ſiquidem ille eſt *Iehovah, qui ſit, quod eſt,* atque adeò *non dimittit impunitum, qui nomen ejus in vanum ſumſerit.* Quid porrò, niſi ut agnoſcamus, *Iehovam* eſſe *Deum noſtrum* per *ſanctificationem noſtri*, ut peccatis inquinatorum? atque hoc myſte-

yſterium, quod eſt omnis ſapien-
æ & prudentiæ theſaurus, perdi-
ere ſatagamus; id meditemur
mni tempore; idque profiteamur
t *cognoſci* faciamus omnibus modis?
uemadmodum Iſraëlitis ad hoc
edit Ceſſationem. &, quia *Iehovah*
t *Deus noſter* & *Iſraëlis*, nec tantùm
raëlis ſed & *gentium*, & gentes
unt hæreditas eorum, quorum
eus eſt Jehovah, *juſtitiam Dei an-
nunciemus* cum Chriſto *in cœtu magno?*
x quibus perſpicuum eſt, quomo-
o diſtincta maneant præcepta, &
amen ex uno fonte deriventur: &
uid proprium ſit præcepto quar-
, quidque adeò, ex hypotheſi, ad
l revocari poſſit. Nam, quum
eus vetuiſſet ſeptimo die opus fa-
ere, & ceſſationem juſſiſſet ſancti-
cari, h.e. ceſſationem adhiberi *ad
gnoſcendum, quòd Iehovah ſanctifica-
et ipſos*; ſi conferamus officium no-
trum, quod conſiſtit in debito
uærendi cognitionem Dei, habue-

runt Iſraëlitæ *occaſionem*, illo die præcipuè, quum non liceret opus facere, cognitionem Dei quærendi: &, conſiderato officio ædificandi fratres (quorum Deus Jehovah nuncupari voluit) habuerunt *occaſionem*, illo die præcipuè, quem Deus juſſerat eſſe שבת קדש *ceſſationem ſanctam*, & qui proclamabatur ſanctus, ſive etiam, quo conventus indicebatur, Lev. 23: 2. agendi congregationes ad παροξυσμὸν τοῦ ἀγάπης. At Eccleſia Chriſtiana, contraria methodo, quum, quod neceſſe erat ordinis cauſa fieri, legiſſet diem ad exercendam in congregatione (ἐν ἐκκλησίᾳ dicit Clemens) fidem, meditationem, charitatem, nempe *Dominicam*; ideò huic rei etiam vacat, &, ut idem Clemens, σχολάζει διὰ τὴν διδασκαλίαν, & non putat, ſibi opus utile eſſe interdictum per ſe, aut ſe debere quietem agere ad hoc, ut *cognoſcatur* (per ipſam ceſſationẽ) *Deum ipſam* impoſterum *ſanctificare*,
quaſi

quaſi requireret adhuc Sabbatum, quo Deus opus ſuum perficiat, & non Sabbatiſmum promiſſum adepta eſſet: ſed & hoc & aliis diebus lætatur ſanctificatione Dei, & ante omnia quærit regnum Dei & juſtitiam ejus, atque incumbit in amplificationem hæreditatis Chriſti & ſuæ; rebus verò mundi utitur commodo tempore cum gratiarum actione, opportuna charitatis officia non negligit, laborat etiam, ut panem ignaviæ non comedat, & ut habeat, quo pauperes adjuvet. Itaque à Judaizantibus (quos priſca Eccleſia damnat) diſcriminatur, quòd non putat ſibi dictum eſſe de ceſſatione, ut ſit vel ſignum ſanctificationis futuræ, vel *occaſio* congregationis; ſed omne tempus coëmit, ut Dei rem agat, & congregationes agit tempore commodo, &, quantum poteſt, congregationibus ὁμοθυμαδὸν vacat, ad diſcendum porrò & benefaciendum omnem opportunitatem rapit.

Con-

Concluſio diſtinguens res minimè confundendas.

LXXXI. Diſtinguenda igitur ſunt 1. præceptum divinum de ceſſatione diei ſeptimæ, cùm ad memoriam quietis Dei ab operibus ſuis, tum ad recordationem liberationis ex ſervitute Ægyptiaca, & miraculi facti in Manna, atque ſignificationis illius; denique ut eſſet ſignum, quòd Deus illos ſanctificaturus eſſet, quippe qui illis promiſerat, ſe fore ipſis in Deum. Levit. 22: 32. 33. 2. Præceptum indicendæ congregationis illo die. quod Targum & Judæi plerique intelligunt per קרא מקרא Lev. 23: 2. & Eſ. 1: 13. quamquam per hoc κήρυξις ſimpliciter intelligi poteſt. ſiquidem tempora ſancta voce indicebantur. Tuba id fieri ſolitum, etiam Joſephus notavit ἁλώσ. 5. cap. 9. in Græco lib. δ. c. λδ. 3. Præceptum generale datum Eccleſiæ de congregationibus opportunè & fre-

quenter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

quenter agitandis. Quod debuit Eccleſia exſequi concorditer uſurpando tempus congregationibus commodum. 4. Præceptum ad ſingulos de congregatione non relinquenda, ſed ſtudio afferendo ad excitationem charitatis, & quærendum profectum in cognitione Dei, & ſe impendendũ ſanctis meditationibus. Ad quod officium incendendi per admonitiones poteſtatem habent omnes fratres: ita tamen, ut de particulari exercitio, quod ſuadent, dicant, *Dico ego, non Dominus.* ut 1 Cor. 7: 12. 5. Conſuetudo rationabilis introducta in mundum, die Dominico ſolennes conventus agendi. Quæ obligat ad obſervationem, ne ſimus *φιλόνεικοι* aut *ἀτακτοῦντες*, aut Chriſti reſurrectionem videamur velle abnegare. 6. Vacatio, quæ neceſſaria eſt propter congregationes. Aliud enim eſt ceſſatio & ſanctificatio ceſſationis imperata: aliud vacatio, quæ

ſua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ſua natura comitatur congregationis obſervationem, meditationemq; ac ſtudium vel proficiendi vel ædificandi. Vacatio imperata facit dierum diſcrimen; vacatio officium in libertate & ingenua generoſitate charitatis exercitum conſequens diem à die non diſtinguit, ſed opus ab opere. Laudamus, qui ſententias, quantum fieri poteſt, conciliare conantur. Sæpe enim fit, ut in principio & ſenſu conveniant, qui verbis videntur diſcrepare. Confido autem, quemvis facile intellecturum, ſententias duas de Sabbato (eam, quæ dicit, dictum eſſe Chriſtianis de die aliquo, *Non facies ullum opus*; & eam, quæ id negat) conciliari non poſſe, niſi eo modo, ut, quod utrinque commune eſt, retineatur, &, quod ſupra eſt, id non imponatur tanquam neceſſarium, ſed ſuadeatur, tanquam utile, conveniens, & exercitium ardentioris charitatis. Nam, eſſe aliquid peccatum & directam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

irectam tranſgreſſionem præce-
iti; & non eſſe peccatum aut tranſ-
reſſionem præcepti directam, ſunt
ontradictoria. Nos *σαββατισμὸν*
ελέτης νόμων admittimus, ſed *χει-*
ρῶν ἀργίας præceptum non agnoſci-
nus. ut & hîc utamur ſtilo Clemen-
is lib. 2. can. 36. 7. Poteſtas pa-
ria circa familiam, aut magiſtratûs
irca populum ad imperandam
acationem, ne impediatur con-
gregatio & ædificatio; & rurſus
coërcendam petulantiam illorum,
qui non tam diem profanant, quàm
Chriſtianum nomen contemnunt
& conſpurcant. Nam contemnere
cœtum piorum, ludos & gravitatem
Chriſtianam non decentia ſectari,
& illa in diem Chriſtianæ lætitiæ &,
quo reſurrectio Domini comme-
moratur, conferre, & laſciviæ indul-
gere, abnegatio Chriſtianiſmi eſt;
eoque inſignior, quia Eccleſia eo
die ſolenniter Chriſti nomen con-
fitetur & celebrat. Cujus culpæ
ſi rei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ſi rei ſunt quidam quondam Epiſcopi appellati, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Cum quibus tantùm abeſt ut quicquam nobis ſit commune, quò & Sabbati finem clariùs oſtendimus, & in ea ipſa Decalogi parte, qua Iſraëlitis Sabbatum præcipitur, maxima argumenta demonſtramus, quare omnis via noſtra & nequitia & laſcivia à tota vita debeat abeſſe, & contra ſumma diligentia id curare debeamus, ut in Sabbatiſmum populo Dei olim præparatum cum fidelibus intremus, & nunquam non in ornamentis ſanctitatis ſabbatizare ſtudeamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

TESTIMONIA VETERUM

ET RECENTIORUM ECCLESIÆ DOCTORUM:

Ex quibus intelligi poteſt, quid Eccleſia primis temporibus & à reformatione de Sabbato, ceſſatione, & Dominicæ origine ac celebratione ſenſerit.

IGNATIUS in epiſtola ad Magneſios. μηκέτι οὖν σαββατίζωμεν ἰουδαϊκῶς καὶ ἀργίαις χαίροντες· ὁ μὴ ἐργαζόμενος γὰρ μὴ ἐσθιέτω. ἐν ἱδρῶτι γὰρ τοῦ προσώπου σου φάγῃ τὸν ἄρτον σου, φασὶ τὰ λόγια· ἀλλ' ἕκαστος ἡμῶν σαββατιζέτω πνευματικῶς, μελέτῃ νόμου χαίρων, οὐ σώματος ἀνέσει, δημιουργίαν θεοῦ θαυμάζων, οὐχ ἕωλα ἐσθίων καὶ χλιαρὰ πίνων, καὶ μεμετρημένα βαδίζων, καὶ ὀρχήσει καὶ κρότοις νοῦν οὐκ ἔχουσι χαίρων· καὶ μετὰ τὸ σαββατίσαι ἑορταζέτω πᾶς φιλόχριστος τὴν κυριακήν, τὴν ἀναστάσιμον, τὴν βασιλίδα,

βασιλίδα, τὴν ὕπατον πασῶν τῶν ἡμερῶν, ... ἐν ᾗ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλε καὶ τοῦ θανάτου γέγονε νίκη ἐν Χριστῷ. *Ne igitur amplius Sabbatum agamus Iudaicè & ocio gaudentes. Nam, qui non laborat, ne edat. Nam, in ſudore vultus tui edes panem tuum, dicunt oracula. Sed quivis noſtrum ſabbatizet ſpiritualiter, meditatione legis gaudens, non corporis remiſſione, opus Dei admirans, non heſterna comedens & tepida bibens, & ad menſuram ambulans, & ſaltatione ac plauſibus inſaniis gaudens. Poſtquam autem Sabbatum egerit, feſtam agat omnis, qui Chriſtum amat, Dominicam, reſurrectionis diem, reginam & principem omnium dierum, ... in qua & vita noſtra exorta eſt & mortis extitit victoria in Chriſto.*

II. Justinus Martyr in dial. cum Tryphone Judæo, quum Trypho p. 38 ed. Rob. Steph. oſtendiſſet, ſe offendi in Chriſtianis, quod legem, ut de Circumciſione, Sabbato, &c. non obſervarent; reſpondet, οὔτε ἔσται ποτὲ ἄλλος θεὸς — οὐδ' εἰς ἄλλον τινὰ ἠλπίκαμεν. οὐ γάρ ἐστιν· ἀλλ' εἰς τοῦτον εἰς ὃν καὶ ὑμεῖς, τὸν θεὸν τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. ἠλπίσαμεν δ' οὐ διὰ Μωσέως, οὐδὲ διὰ τοῦ νόμου. ἢ γὰρ ἂν τὸ αὐτὸ ὑμῖν ἐποιοῦμεν. νυνὶ δὲ ἀνέγνων γάρ, ὅτι ἔσοιτο καὶ τελευταῖος νόμος καὶ διαθήκη κυριωτάτη πασῶν, ἣν νῦν δέον φυλάσσειν πάντας ἀνθρώπους, ὅσοι τῆς τοῦ θεοῦ κληρονομίας ἀντιποιοῦνται — αἰώνιός τε ἡμῖν νόμος καὶ τελευταῖος

λευταῖος ὁ Χριστὸς ἐδόθη καὶ ἡ διαθήκη πιστή, μεθ'
ἣν οὐ νόμος, οὐ πρόσταγμα, οὐκ ἐντολή. *Non*
rit unquam alius Deus — *neque in alium*
peravimus. Non enim eſt. Sed in hunc,
n quem & vos, Deum Abrahami & Iſaaci
& Iacobi. Speravimus autem non per Mo-
ſen, nec per legem. Alioqui enim idem, quod
vos, faceremus. Nunc autem, legi enim, quòd
futura eſſet ultima lex & Teſtamentum præ-
ipuum omnium, quod nunc oporteat ſerva-
re omnes homines, quicunque divinam ha-
reditatem ſibi vendicant — *æterna lex*
& poſtrema Chriſtus datus eſt & Teſtamen-
tum fidele, poſt quod non eſt lex, non præce-
ptum, non juſſio. Tum p. 39. lin. 26. σαβ-
βατίζειν ὑμᾶς ὁ καινὸς νόμος διαπαντὸς ἐθέλει,
καὶ ὑμεῖς μίαν ἀργοῦντες ἡμέραν εὐσεβεῖν δοκεῖτε,
μὴ νοοῦντες, διὰ τί ὑμῖν προσετάγη. *Lex nova*
poſtulat, ut ſemper ſabbatizetis: & vos,
quum uno die ociati fueritis, putatis vos re-
ligioſos, non intelligentes, quare vobis præ-
ceptum ſit. — οὐκ ἐν τούτοις εὐδοκιμεῖ Κύριος
ὁ θεὸς ἡμῶν. εἴτις ἔστιν ἐν ὑμῖν ἐπίορκος ἢ κλέπτης,
παυσάσθω. εἴτις μοιχός, μετανοησάτω· καὶ σεσαβ-
βάτικε τὰ τρυφερὰ καὶ ἀληθινὰ σάββατα τοῦ θεοῦ.
Non in hiſce beneplacitum habet Dominus
Deus noſter. Si quis in vobis eſt perjurus,
aut fur, abſtineat. Si quis mœchus, reſipi-
ſcat: & ſabbatizavit Sabbata illa delicioſa
& vera Dei. & p. 43. lin. 27. ἡμεῖς γὰρ καὶ ταύ-
την ἂν τὴν περιτομὴν τὴν κατὰ σάρκα, καὶ τὰ
σάββατα

σάββατα καὶ τὰς ἑορτὰς πάσας ἁπλῶς ἐφυλάσσο-
μεν, εἰ μὴ ἔγνωμεν, δι' ἣν αἰτίαν καὶ ὑμῖν προσε-
τάγη, τουτέστι διὰ τὰς ἀνομίας ὑμῶν καὶ τὴν σκλη-
ροκαρδίαν. *Nos enim & circumciſionem ſecundùm carnem & Sabbata & feſta omnia obſervaremus, niſi cognoviſſemus, qua de cauſa & vobis injuncta ſint, nimirum propter rebelliones veſtras & duriciem cordis.* Et pag. 44. μὴ σαββατίσαντες οἱ προωνομασμένοι πάντες δίκαιοι τῷ θεῷ εὐαρέστησαν, καὶ μετ' αὐτοὺς Ἀβραὰμ καὶ οἱ τούτου υἱοὶ πάντες μέχρι Μωσέως. *Omnes illi juſti, & poſt illos Abraham & filii ejus Sabbatum non agentes Deum coluerunt & ei placuerunt, uſque ad Moſen.* & p. 46. & p. 47. lin. 4. εἰ γὰρ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ οὐκ ἦν χρεία περιτομῆς, οὐδὲ πρὸ Μωυσέως σαββατισμοῦ καὶ ἑορτῶν καὶ προσφορῶν, οὐδὲ νῦν μετὰ τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ δίχα ἁμαρτίας τοῦ ἀπὸ γένους τοῦ Ἀβραὰμ παρθένου γεννηθέντα υἱὸν θεοῦ Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμοίως ἐστὶ χρεία. *Si enim ante Abrahamum non erat opus circumciſione, & ante Moſen Sabbatiſmo & feſtis & oblationibus, neque nunc, poſtquã juxta conſilium Dei ſine peccatis filius Dei Ieſus Chriſtus ex virgine generis Abrahami natus eſt, ſimiliter opus eſt.* Ibid. καὶ τοῦτο μὲν οὖν δυνατὸν ἦν ἡμῖν ἐπιδεῖξαι, ὦ ἄνδρες, ὅτι ἡ ἡμέρα ἡ ὀγδόη μυστήριόν τε εἶχε κηρυσσόμενον διὰ τούτων ὑπὸ τοῦ θεοῦ μᾶλλον τῆς ἑβδόμης. *Et hoc quidem proclive erat nobis oſtendere, quòd dies octava myſterium aliquod habuit per hæc* (quæ pertinent ad

cir-

circumciſionem) *prædicatum à Deo magis quàm ſeptima.* & p. 50. μηδὲ, ὅτι θερμὸν πίνομεν ἐν τοῖς σάββασι, δεινὸν ἡγεῖσθε. *Neque, quòd calidum bibimus in Sabbatis, grave ducite.* Idem Juſtinus in apologia ſecunda p. 162. Καὶ τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, &c. *Die ſolis, quæ dicitur, omnium in civitatibus aut agris agentium in unum conventus fit.* Ubi etiam memorat, eleemoſynas corrogari. Τὴν δὲ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα· ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας κόσμον ἐποίησε· καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη. τῇ γὰρ πρὸ τῆς κρονικῆς ἐσταύρωσαν αὐτόν. καὶ τῇ μετὰ τὴν κρονικὴν, ἥτις ἐστὶν ἡλίου ἡμέρα, φανεὶς τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ μαθηταῖς ἐδίδαξε ταῦτα, ἅπερ εἰς ἐπίσκεψιν καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν. *Die Solis univerſi convenimus, quia primus dies eſt, in qua Deus tenebras & materiam mutans mundum fecit, & Ieſus Chriſtus Servator noſter eadem die ex mortuis reſurrexit. Nam pridie Saturni diei crucifixerunt eum, & ea, quæ ſequitur Saturni diem, quæ eſt dies Solis, apparuit apoſtolis ſuis & diſcipulis, eaque, quæ vobis conſideranda expoſuimus, docuit.*

III. IRENÆUS lib. 4. cap. 28. 29. *Deus ab initio hominem quidem plaſmavit propter ſuam munificentiam, Patriarchas*

vero

verò elegit propter illorum ſalutem, populum verò formabat, docens indocibilem ſequi Deum, Prophetas verò præſtruebat in terra aſſueſcens hominem portare ipſius ſpiritum, & communionem habere cum Deo, ipſe quidem nullius indigens, iis verò, qui indigentes ſunt ejus, ſuam præbens communionem, & iis, qui ei complacebant, fabricationem ſalutis ut architectus delineans, & non videntibus in Ægypto à ſemetipſo dans ducationem; & iis, qui inquieti erant, in eremo dans aptiſſimam legem; & iis, qui in bonam terram introierant, dignam præbens hæreditatem, & iis, qui convertuntur ad patrem, ſaginatum occidens vitulum & primam ſtolam donans, multis modis componens humanum genus ad conſonantiam ſalutis—S. autem & populo tabernaculi factionem & ædificationem templi & Levitarum electionem, ſacrificia quoque & oblationes & monitiones & reliquam omnem legis ſtatuebat deſervitionem: ipſe quidem nullius horum eſt indigens.... facilem autem ad idola reverti populum erudiebat per multas advocationes præſtruens eos perſeverare & ſervire Deo, per ea, quæ erant ſecunda, ad prima advocans, hoc eſt, per typica ad vera, per temporalia ad æterna & per carnalia ad ſpiritalia, & per terrena ad cœleſtia — Per typos igitur diſcebant timere Deum & perſeverare in obſequiis ejus. Itaque lex & diſciplina erat

rat illis à prophetia futurorum. Nam Deus primò quidem per naturalia præcepta, quæ ab initio infixa dedit hominibus, admonens os, id eſt, per Decalogum, quæ ſi quis non ſeerit, non habeat ſalutem (Scriptura dicit, *uæ qui facit, vivit in eis) nihil plus ab eis equiſivit. Quemadmodum Moyſes in Deueronomio ait,* c. 5:22. *Hi ſermones omnes, uos locutus eſt Dominus ad omnem ſynagoam filiorum Iſraël in monte, & adjecit, & ripſit ea in duabus tabulis lapideis & dedit nihi propter hoc, ut cuſtodirent præcepta, ii ui velint ſequi eum. At, ubi converſi ſunt n vituli factionem & reverſi ſunt animis uis in Ægyptum ſervi pro liberis cupientes ſſe, aptam concupiſcentiæ ſuæ acceperunt reiquam ſervitutem, à Deo quidem non abſcindentem, in ſervitutis autem jugo dominantem eis. Quemadmodum & Ezechiel propheta cauſas legis talis datæ reddens ait: Et poſt concupiſcentiam cordis ſui erant oculi orum, & ego dedi eis præcepta non bona, & uſtificationes, in quibus non vivent in is.* — & cap. 30. *Quoniam autem & circumciſionem non quaſi conſummatricem juſtitiæ ſed in ſigno* [*eam*] *dedit Deus, ut cognoſcibile perſeveret genus Abrahæ, ex ipſa Scriptura diſcimus — Hoc idem de Sabbatis Ezechiel propheta ait, Et Sabbata mea dedi eis, ut ſint in ſigno inter me & ipſos, ut ſciant, quoniam ego ſum Dominus, qui ſanctifico*

ctifico vos. Et in Exodo Deus ait ad Moſen Et Sabbata mea obſervabitis. Erit enim i ſignum apud me vobis in generationes ve ſtras. In ſigno ergo data ſunt hæc. non autem ſine ſymbolo erant ſigna, id eſt, ſine argu mento, neque ocioſa, tanquam quæ à ſapien te artifice darentur. ſed ſecundum carnem circumciſio præfigurabat ſpiritalem — Sab bata autem perſeverantiam totius diei erg Deum deſervitionis edocebant. Æſtima enim ſumus, ait Apoſtolus Paulus, tota d ut oves occiſionis, ſcilicet & conſecrati e miniſtrantes omni tempore fidei noſtræ e perſeverantes ei, & abſtinentes ab omn avaritia, non acquirentes nec poſſident theſauros in terra. Manifeſtabatur autem & tanquam de eis, quæ facta ſunt, requiet Dei, hoc eſt, regnum, in quo requieſcen homo ille, qui perſeveraverit Deo aſſiſter participabit de menſa Dei. Et, quia non p hæc juſtificabatur homo, ſed in ſigno dat ſunt populo, oſtendit, quod ipſe Abraha ſine circumciſione & ſine obſervatione ſa batorum credidit Deo & reputatum e illi ad juſtitiam, & amicus Dei vocat eſt. — Quemadmodum & ipſe Moyſes i Deuteronomio c. 5:2. ait ad populũ, Domin Deus tuus Teſtamentum diſpoſuit in Ore & non patribus veſtris diſpoſuit Domin Teſtamentum hoc, ſed ad vos. & cap. 3 *Hæc ergo, quæ in ſervitutem & in ſignu*

da

ata ſunt illis, circumcinxit novo libertatis Teſtamento.

IV. DIONYSIUS Corinthi epiſcopus ſub Sotere ad Romanos ita ſcribit: Τὴν ὴμερον κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν. ἐν ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολὴν, &c. *Hodiernam dominicam diem ſanctam egimus. In qua legimus epiſtolam veſtram.* Euſeb. lib. 4: 23.

V. CLEMENS ALEXANDRINUS Strom. 4. p. 204. edit. Comel. ἐγκρατεύεσθαι μὲν ἀγαθοεργίας, κακίας ἔργον. ἀπέχεσθαι δὲ ἀδικίας, σωτηρίας ἀρχή. ἣ μοι δοκεῖ τὸ σάββατον διʼ ἀποδοχῆς [lego ἀποχῆς] κακῶν ἐγκράτειαν αἰνίττεσθαι. *Ceſſare à bono opere opus eſt vitii. Abſtinere verò ab injuſtitia ſalutis initium. Qua ratione mihi videtur Sabbatum per ceſſationem à malis abſtinentiam ſignificare.* Idem Strom. 6. p. 290. ἡ ἑβδόμη τοίνυν ἡμέρα ἀνάπαυσις κηρύττεται, ἀποχὴ κακῶν, ἑτοιμάζουσα τὴν ἀρχέγονον ἡμέραν τὴν τῷ ὄντι ἀνάπαυσιν ἡμῶν. ἣν [lego τὴν] δὴ καὶ πρώτην τῷ ὄντι φωτὸς γένεσιν· ἐν ᾧ τὰ πάντα συνθεωρεῖται καὶ πάντα κληρονομεῖται. *Septima igitur dies Quies prædicatur, abſtinentia à malis, parans primitivam diem, veram requiem noſtram. primam etiam revera lucis originem. in qua omnia conſpiciuntur & hæreditantur.* Ut ſeptima ad octavam, quæ primæ reſpondet, in qua lux orta eſt, ducit; ita noſtra vel innocentia vel converſio à

malis, quæ eſt ceſſatio neceſſaria, ducit ad lucem vultus Dei in vita beata.

VI. TERTULLIANUS Apol. c. 16. *Diem Solis lætitiæ indulgemus.* De idololatr. c. 14. *Nobis — Sabbata extranea ſunt & neomeniæ & feriæ à Deo aliquando dilectæ. — O melior fides nationum; quæ nullam ſolennitatem Chriſtianorum ſibi vindicat, non Dominicum diem, non pentecoſten.* De corona c. 3. *Die Dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare.* Adverſus Judæos cap. 2. *Qui contendit, & Sabbatum adhuc obſervandum, quaſi ſalutis medelam, & circumciſionem octavi diei propter mortis comminationem, doceat, in præteritum juſtos ſabbatizaſſe aut circumcidiſſe & ſic amicos Dei effectos ... cum neque circumciſum neque ſabbatizantem Deus Adam inſtituit, conſequenter quoque ſobolem ejus Abel offerentem ſibi ſacrificia incircumciſum nec ſabbatizantem laudavit.* Vide & c. 3. & c. 4. *Vnde nos intelligimus magis ſabbatizare nos ab omni opere ſervili ſemper debere, & non tantùm ſeptimo quoque die, ſed per omne tempus. Ac per hoc quærendum nobis, quod Sabbatum nos Deus vellet cuſtodire. Nam Sabbatum æternum & Sabbatum temporale ſcripturæ deſignant. Dicit enim Eſaias Propheta: Sabbata veſtra odit anima mea. Et alio loco dicit: Sabbata mea profanaſtis. Vnde dinoſcimus, Sabbatum*

um temporale eſſe humanum, Sabbatum ternum cenſeri divinum, de quo per Eſaiam rædicat: Et erit, inquit, menſis ex menſe & dies de die & Sabbatum de Sabbato & veniet omnis caro adorare in Hieruſalem, licit Dominus. Quod intelligimus adimletum temporibus Chriſti, quando omnis aro, id eſt, omnis gens adorare in Hieruſaem venit Deum Patrem per Ieſum Chritum filium ejus. — Sic igitur ante hoc Sabbatum temporale erat & Sabbatum æternum præoſtenſum & prædictum, quomodo & ante circumciſionem carnalem fuit & piritalis circumciſio præoſtenſa. — Manifetum eſt itaque, non æternum, nec ſpiritale, ed temporale fuiſſe præceptum, quod quandoque ceſſaret. Denique adeò non in vacatione Sabbati, id eſt, diei ſeptimi, hæc ſolennitas celebranda eſt, ut Ieſus Naue ſuo tempore, quo Hiericho civitatem debellabat, præceptum ſibi à Deo diceret, uti populo mandaret, ut ſacerdotes arcam teſtamenti Dei ſeptẽ diebus circumferrent, &c. — Vnde manifeſtum eſt, ad tempus & præſentis cauſæ neceſſitatem convaluiſſe, ut non ad perpetui temporis obſervationem hujuſmodi legem eis Deus antè dediſſet.

VII. ORIGENES homil 23. in Num. 28. *Habet ergo Deus dies feſtos ſuos? Habet. Eſt enim ei magna feſtivitas humana ſalus.* & poſt multa. *Oportet ſanctorum quemque &*

juſtum agere etiam Sabbati feſtivitatem. Quæ eſt autem feſtivitas Sabbati, niſi illa, de qua Apoſtolus dicit, Relinquetur ergo ſabbatiſmus, hoc eſt, Sabbati obſervatio populo Dei? Relinquentes ergo Iudaicas Sabbati obſervationes, qualis debeat eſſe Chriſtiano Sabbati obſervatio, videamus. Die Sabbati nihil ex omnibus mundi actibus oportet operari. — Qui ergo ceſſat ab operibus ſeculi & ſpiritalibus vacat, iſte eſt, qui ſacrificium Sabbati & diem feſtum agit Sabbatorum. — Vltra hunc mundum eſt veri Sabbati obſervatio. — Si ergo umbra futurorum eſt Sabbatum, & neomenia umbra futurorum eſt, certum eſt, quòd & ceteræ feſtivitates ſimiliter umbra ſint futurorum. In Matthæum tract. 29. *Veniens autem Dominus noſter Sabbatum noſtrum & requies noſtra attulit nobis requiem Sabbati ſui, ut, ſicut ille requievit in Sabbato ab operibus mundi non autem requievit ab operibus juſtitiæ, ſic & nos per ipſum ſabbatizemus ab operibus mundialibus & carnalibus & nocivis, opera autem juſtitiæ ſemper exerceamus. Quoniam autem ipſe nobis allaturus fuerat hujuſmodi Sabbatum, in quo nullum opus faciamus ſervile, teſtatur & ipſe per Prophetam dicens de indignis Iudæis ita: Donec juravi in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Et iterum Lamech nomen imponens filio ſuo Noë in myſterio Chriſti,*

i, ita dixit de eo, Et vocavit nomen ejus Noë dicens, quoniam hic dabit nobis requiem ex mœroribus noſtris & ab operibus manuum noſtrarum & à terra, quam maledixit Dominus. Omnis ergo, qui vivit in Chriſto, ſemper in Sabbato vivit, & in requie, requieſcens ab operibus malis; operatur autem opera juſtitiæ inceſſanter. Multi autem nomen Chriſti habentes, non gratiam, è contra Sabbatizant ab operibus bonis, operantur autem opera mala, &c. Adverſus Celſum lib. 6. p. 327. οὐδὲ γὰρ οἶδε [Κέλσος] τίς ἡ μετὰ τὴν ὅσην ὁ κόσμος συνέστηκεν ἐνεργουμένην κοσμοποιΐαν ἡ τοῦ σαββάτου καὶ τῆς καταπαύσεως τοῦ θεοῦ ἡμέρα· ἐν ᾗ ἑορτάσουσιν ἅμα τῷ θεῷ οἱ πάντα τὰ ἔργα ἑαυτῶν ταῖς ἓξ ἡμέραις πεποιηκότες, καὶ διὰ τὸ μηδὲν παραλελοιπέναι τῶν ἐπιβαλλόντων, ἀναβαίνοντες ἐπὶ τὴν θεωρίαν καὶ τὴν ἐν αὐτῇ τῶν δικαίων καὶ μακαρίων πανήγυριν. *Neque enim novit* Celſus, *quæ ſit Sabbati & ceſſationis Dei dies poſt mundi hujus opificium, quod, quamdiu is eſt, tractatur. in qua feſtum agunt, qui cum Deo ſex diebus omnia ſua opera fecerint, &, quum nihil eorum, quæ convenit, omiſerint, aſcendunt ad viſionem & cœtum juſtorum & beatorum, quæ in ea eſt.* lib. 8. p. 403. οὐκ οἶδα δὲ τί φαντασθεὶς οἴεται ἐγκληθεῖν τῷ, τὸν θεὸν εἶναι ἀγαθὸν καὶ ἀπροσδεῆ καὶ ἔξω φθόνου, τὸ τοὺς καθωσιωμένους αὐτῷ μεταλαμβάνειν τῶν δημοτελῶν ἑορτῶν. καί φημι, ὅτι ἠκολούθει μὲν τῷ τὸν θεὸν εἶναι ἀγαθὸν καὶ ἀπροσδεῆ καὶ

ἔξω φθόνου τὸ αὐτῶν τῶν δημοτελῶν μεταλαμβάνειν ἑορτῶν, εἰ ἀπεδείκνυτο, ὅτι αἱ δημοτελεῖς ἑορταὶ οὐδὲν μὲν ἔχουσιν ἐσφαλμένον, ἀπὸ δὲ τοῦ θεοῦ θεωρίας ἐνομοθετήθησαν, ὡς ἀκόλουθοι τῇ εἰς αὐτὸν θεραπείᾳ καὶ εὐσεβείᾳ. ἑορτὴ γὰρ (ὥς φησί τις καὶ τῶν ἑλληνικῶν σοφῶν καλῶς λέγων Thuc. lib. 1. p. 46.) οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὸ τὰ δέοντα πράττειν. καὶ ἑορτάζει γε κατὰ ἀλήθειαν ὁ τὰ δέοντα πράττων, ἀεὶ εὐχόμενος, διὰ παντὸς θύων τὰς ἀναιμάκτους ἐν ταῖς πρὸς τὸ θεῖον εὐχαῖς θυσίας. διὸ καὶ μεγαλοφυέστατά μοι δοκεῖ παρὰ τῷ παύλῳ εἰρῆσθαι τὸ, ἡμέρας παρατηρεῖσθε καὶ μῆνας καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς· φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς. ἐὰν δὲ πρὸς ταῦτά τις ἀνθυποφέρῃ τὰ περὶ τῶν παρ' ἡμῖν κυριακῶν ἢ παρασκευῶν ἢ τοῦ πάσχα ἢ τῆς πεντηκοστῆς δι' ἡμερῶν γινόμενα· λεκτέον καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι ὁ μὲν τέλειος ἀεὶ ἐν τοῖς λόγοις ὢν καὶ τοῖς ἔργοις καὶ τοῖς διανοήμασι τοῦ τῇ φύσει κυρίου λόγου θεοῦ, ἀεί ἐστιν αὐτοῦ ἐν ταῖς ἡμέραις καὶ ἀεὶ ἄγει κυριακὰς ἡμέρας. ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρασκευάζων ἑαυτὸν πρὸς τὸ ἀληθινῶς ζῆν καὶ ἀπεχόμενος τῶν τοῦ βίου ἡδέων καὶ τοὺς πολλοὺς ἀπατώντων, καὶ μὴ τρέφων τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἀλλ' ὑπωπιάζων αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶν ἀεὶ ἄγει τὰς παρασκευάς — ὁ δὲ πολὺς τῶν πιστεύειν δοκούντων καὶ μὴ τηλικοῦτος δεῖται ὑπομνήσεως χάριν, μὴ βουλόμενος ἢ μὴ δυνάμενος πάσας τοιαύτας ἄγειν ἡμέρας, αἰσθητῶν παραδειγμάτων, ἵνα μὴ τέλεον παραρρυῇ. τοιαῦτα δ' οἶμαι τὸν παῦλον νενοηκότα μέρος μὲν ἑορτῆς ὠνομακέναι τὴν ἐν ἡμέραις τεταγμέναις παρ' ἑτέρας ἑορτήν. ἠνίχθαι δὲ ἐκ τοῦ οὕτως λελεγμένου, ὅτι οὐκ ἐν

μερῶν ἑορτῆς ἀλλ᾽ ἐν ὁλοκλήρῳ καὶ ἀδιαλείπτῳ ἐστὶν ἑορτῇ ὁ ἀεὶ βίος, &c. *Neſcio quid imaginatus putat, conſequens eſſe, ut, quia* Deus *bonus eſt, nullius indigus, invidens nemini, ſacra-i ei fruantur cum aliis feſto publico. quod concederem, ſi demonſtraſſet, publica feſta non habere quicquam erroneum, eſſeque inſtituta ex conſideratione Dei, tanquam conſequentia ipſius cultum & pietatem.—Nam feſtum, ut quis Græcorum ſapientum bene dicit* [Thucyd. lib. 1.] *nihil aliud eſt, quàm facere ea, quæ oportet. & feſtum agit revera, qui, quod oportet, facit, ſemper offerens incruenta in precibus ad Deum ſacrificia. Quare & generosè mihi videtur à Paulo dictum; Dies obſervatis & menſes & tempora, & annos. Metuo vos, ne forte incaſſum laboraverim in vobis. Si verò his quiſpiam opponat dominicas & paraſcevas aut paſcha aut pentecoſten, quæ apud nos per intervalla dierum celebrantur, dicendum etiam ad hoc: quòd perfectus, qui ſemper in ſermonibus & operibus & cogitationibus Verbi Dei, qui natura Dominus eſt, agit, ſemper in illius diebus agat, & ſemper agat dominicas dies. Verùm etiam ſemper ſeipſum præparans ad verè vivendum & abſtinens à vitæ ſuavitatibus quæque vulgum decipiunt, neque alens ſenſum carnis, ſed ſugillans corpus ſuum & in ſervitutem redigens, ſemper agat paraſcevas —. Vulgus autem eorum, qui videntur*

dentur credere, & qui tam provectus nõ eſt, opus habet, ut admoneatur, non volens aut non valens omnes dies ſic tranſigere, ſenſibilibus exemplis, ne omninò præterfluatur. Hæc cogitantem Paulum puto PARTEM FESTI *nominaſſe feſtum, quod ſtatis diebus præ aliis diebus agitur: & innuiſſe hoc dicto, quòd non in parte feſti, ſed in ſolido & indeſinenti feſto ſit vita perpetua,* &c.

VIII. Ex CYPRIANO tanquam de die Dominica loquens citatur hic locus à Baronio tom.1.a.C.58.n.89. qui extat Serm 1. de Eleemoſ. *Locuples & dives dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino non reſpicis, quæ in dominicum ſine ſacrificio venis, quæ partem de ſacrificio, quod pauper obtulit, ſumis.* Sed Cypriano *dominicum celebrare* eſt ſacram Cœnam celebrare: ut patet ex epiſtola ad Cæcilium.

IX. NOVATIANUS presbyter Eccl. Rom. epiſt. de cibis Judaic. cap. 1. *Quàm ſint perverſi Iudæi & ab intellectu ſuæ legis alieni, duabus epiſtolis ſuperioribus, ut arbitror, plenè oſtendi; in quibus probatum eſt, prorſus ignorare illos, quæ ſit vera circumciſio & quid verum Sabbatum.*

X. LACTANTIUS lib.7.c.14. *Mundum Deus & hoc rerum naturæ admirabile opus (ſicut arcanis Sacræ Scripturæ continetur) ſex dierum ſpacio conſummavit, diemque ſeptimum, quo ab operibus ſuis requieverat,*

verat, ſanxit. Hic eſt autem dies Sabbati.... Ergo, quoniam ſex diebus cuncta Dei opera perfecta ſunt, per ſecula ſex, id eſt, annorum ſex millia manere in hoc ſtatu mundum neceſſe eſt. — Et rurſus, quoniam perfectis operibus requievit die ſeptima, eumque benedixit, neceſſe eſt, ut in fine ſexti milleſimi anni malitia omnis aboleatur è terra & regnet per annos mille juſtitia, ſitque tranquillitas & requies à laboribus, quos mundus jam diu expertus eſt.

XI. In Codice Canonum Eccleſiæ univerſæ can. 20. Synodi Nicenæ. ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες καὶ ἐν ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις, ὑπὲρ τοῦ πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ ὁμοίως φυλάττεσθαι, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ θεῷ. Codex Romanus & Dionyſii Exigui. *Quoniam ſunt quidam in die Dominico genua flectentes & in diebus pentecoſtes, ut omnia in univerſis locis conſonanter obſerventur, placuit ſancto concilio ſtantes Domino vota perſolvere.* Vide hîc Juſtell. Can. 120. qui eſt 16. Synodi Laodicenæ. περὶ τοῦ ἐν σαββάτῳ εὐαγγέλια μετὰ ἑτέρων γραφῶν ἀναγινώσκεσθαι. *Quòd in Sabbatis Euangelia cum aliis Scripturis legi conveniat.* Can. 133. ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἰουδαΐζειν καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· τὴν δὲ κυριακὴν προτιμῶντας εἴγε δύναιντο σχολάζειν ὡς χριστιανοί. εἰ δὲ εὑρεθεῖεν ἰουδαϊσταί, ἔστωσαν ἀνάθεμα παρὰ χριστῷ.

χελςῷ. *Quòd non oporteat Chriſtianos Iudaizare & ociari in Sabbato, ſed operari eos eodem die. Præferentes autem in veneratione dominicum diem, ſi vacare voluerint, ut Chriſtiani hoc faciant. Quod ſi reperti fuerint Iudaïſare, anathema ſint à Chriſto.* Balſamo. οἱ πατέρες τὸ μὴ ἐργάζεσθαι κατὰ τὴν κυριώνυμον οὐκ ἀναγκαστικῶς ἐπέτρεψαν. *patres vacari die Domini non coactivè mandarunt.* Vide Juſtellum. Nomocanon Photii tit. 7. c. 4. ὅτι κατὰ τὸ ἐγχωροῦν δεῖ σχολάζειν τὴν κυριακήν. *quoad ejus fieri poteſt, dominico die ab operibus vacandum eſſe.* Baronius A. C. 58. n. 90. *Ipſum Dominicum Iudaicè celebrare vetuerat etiam Concilium Laodicenum.*

XII. Eusebius Εὐαγγ. προπαρ. lib. 3:6. τὸν δὲ τῆς εὐσεβείας τρόπον ἰουδαίοις μὲν παρὰ τὸν ἀπάρξασθαι τῆς νομοθεσίας Μωσέα, σαββάτου τινὸς παραδόντα ἡμέραν, καὶ ταύτης τελείαν ὁσίαν φυλακὴν εἰς ὑπόμνησιν σχολῆς τῶν ἱερῶν λόγων, &c. *Modum verò pietatis Moſen Iudæis lege ferenda initiaſſe, die quodam Sabbati traditâ, & illius accuratiſſima obſervatione. ut meminiſſent vacare ſacris ſermonibus*, &c. ἑβραῖοι δὲ πρεσβύτεροι Μωσέως γενόμενοι τοῖς χρόνοις πάσης τῆς διὰ Μωσέως νομοθεσίας ἀπήκοοι ὄντες, ἐλεύθερον καὶ ἀνειμένον τῆς εὐσεβείας κατώρθουν τρόπον, &c. *Hebræi verò Moſe antiquiores, qui legem Moſis non audiverunt, liberum genus pietatis exercuerunt.*

XIII. Clemens Romanus [1] conſtit. Apoſt.

Apoſt. l. 1. cap. 6. —. πλὴν καὶ τὸν νόμον ἀναγινώσκων τῶν ἐν αὐτῷ ἐπεισάκτων ἀπέχου· εἰ καὶ μὴ πάντων ἀλλά τινων τῶν τῆς δευτερώσεως· μόνον δὲ εἰς ἱστορίαν ἀναγίνωσκε εἰς τὸ γινώσκειν σε καὶ δοξάζειν τὸν θεὸν, ὅτι ἀπὸ τοιούτων καὶ τοσούτων ἐρρύσατό σε δεσμῶν. ἔστω δέ σοι πρὸ ὀφθαλμῶν γινώσκειν, τί νόμος φυσικὸς, καὶ τί τὰ τῆς [2] δευτερώσεως, τά τε ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῖς μοσχοποιήσασι δοθέντα. Νόμος γάρ ἐστιν τίνα (forte ἐστιν ἃ) ἐλάλησε κύριος ὁ θεὸς πρὸ τοῦ τὸν λαὸν εἰδωλολατρῆσαι καὶ μοσχοποιῆσαι τὸν παρ᾽ αἰγυπτίοις Ἄπιν, τουτέστιν ἡ δεκάλογος. ἃ δὲ ἁμαρτήσασιν αὐτοῖς ἐπετέθη δεσμὰ, σὺ ταῦτα μὴ ἐπισπάσῃ· ὁ γὰρ σωτὴρ ἡμῶν οὐ δι᾽ ἕτερόν τι ἦλθεν, ἢ ἵνα ῥύσηται τοὺς ὑποδίκους τῆς ἀποκειμένης ὀργῆς, καὶ πληρώσῃ τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας καὶ τὰ δεσμὰ τῆς δευτερώσεως τῶν ἐπεισάκτων ἢ παύσῃ ἢ μεταθῇ. Διὰ γὰρ τοῦτο προσκαλούμενος ἡμᾶς ἔλεγε· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. *Veruntamen & legem legens ab iis, quæ ſuperinducta in eo ſunt, abſtine; ſi non omnibus, at certè quibuſdam Iterationis. Tantùm vero ad notitiam lege. ut cognoſcas & glorifices Deum, quòd à talibus & tot liberavit te vinculis. Sit autem tibi ante oculos cognoſcere, quid ſit lex naturalis, & qualis Iteratio &, quæ in deſerto data ſunt vituli conflatoribus, ſuperintroducta. Lex enim eſt, quæ locutus eſt Dominus Deus, antequam populus idololatriam in vituli ſive Ægyptii Apis formatione*

com-

committeret, nempe Decalogus. Quæ verò impoſita ſunt vincula iis, qui peccaverant, tu tibi ne attraxeris. Nam Servator noſter non alia de cauſa venit, quàm ut liberaret reos à præparata ira, & impleret legem & prophetas, & vincula Iterationis (q. d. ſecundæ legis) *ſuperintroductorum aut faceret ceſſare aut tranſponeret. Propterea enim advocans nos dicit, Venite ad me omnes laſſi & onerati, & ego faciam ut requieſcatis.*

[1] De hoc vide Blondellum, *De la primauté en l'Egliſe.* p. 5.

[2] Δευτέρωσις hic non eſt משנה התורה *exemplum legis* Deut. 17: 18. neque liber quintus Pentateuchi, qui vulgo δευτερονόμιον appellatur (quod videtur putaſſe Photius) neque id, quod Hebræi vocant משנה h. e. repetitio legis & traditio Rabbinica; ſed ſecunda ſive poſterior lex, quam Deus tulit poſt Decalogum & Moſis primum deſcenſum de monte.

Lib. 2. c. 36. πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχε τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, πάντοτε μεμνημένος τῶν δέκα τοῦ θεοῦ λογίων. — Γίνωσκε δημιουργίαν θεοῦ διάφορον, ἀρχὴν λαβοῦσαν διὰ Χριστοῦ, καὶ σαββατιεῖς διὰ τὸν παυσάμενον μὲν τοῦ ποιεῖν, οὐ παυσάμενον δὲ τοῦ προνοεῖν, σαββατισμὸν μελέτης νόμων, οὐ χειρῶν ἀργίαν. *Ante oculos habe Dei timorem, ſemper memor decem Dei verborum. — Noſce fabricationem Dei diverſam, quæ initium habuit per Chriſtum: & ſabbatiſabis propter eum, qui ceſſavit*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ſavit quidem facere ſed non ceſſavit procurare, ſabbatiſmum curæ legis, non ocium manuum. — καὶ τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας μὴ ἐπιλίπου, ὀρθρίζων εἰς αὐτὴν πρὸ παντὸς ἔργου, καὶ πάλιν ἑσπέρας εἰς αὐτὴν ἀπάντα, εὐχαριστῶν θεῷ ὑπὲρ ὧν σοι τὴν ζωὴν κεχάρισται. Noli abeſſe à Chriſti Eccleſia, mane ad eam veniens ante omne opus, & rurſum veſperi ad eam accede, gratias agens Deo, quòd tibi vitam largitus ſit. Vide & c.59. (malè νή) cap.47. τὰ δικαστήρια ὑμῶν γινέσθω δευτέρᾳ σαββάτων, ὅπως, ἐὰν ἀντιλογία τῇ ἀποφάσει ὑμῶν γένηται, ἕως σαββάτου ἔχοντες ἄδειαν δυνηθῆτε εὐθῦναι τὴν ἀντιλογίαν καὶ εἰρηνεῦσαι εἰς τὴν κυριακὴν τοὺς διαφερομένους πρὸς ἀλλήλους. Iudicia veſtra agantur ſecunda ſabbatorum, ut, ſi contradictio fiat veſtræ definitioni, uſque ad Sabbatum tempus habeatis contradictionem amoliendi & pacandi in dominicam eos, qui controverſiam habent. Cap.59. (malè νή) μάλιστα δὲ ἐν ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου καὶ ἐν τῇ τοῦ κυρίου ἀναστασίμῳ τῇ κυριακῇ σπουδαιοτέρως ἀπαντᾶτε, αἶνον ἀναπέμποντες τῷ θεῷ τῷ ποιήσαντι τὰ ὅλα διὰ Ἰησοῦ. καὶ αὐτὸν εἰς ὑμᾶς ἐξαποστείλαντι καὶ συγχωρήσαντι παθεῖν καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσαντι. ἐπεὶ τί ἀπολογήσεται τῷ θεῷ ὁ μὴ συνερχόμενος ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἀκούειν τοῦ σωτηρίου περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγου; ἐν ᾗ καὶ τρεῖς εὐχὰς ἑστῶτες ἐπιτελοῦμεν μνήμης χάριν τοῦ διὰ τριῶν ἀναστάντος ἡμερῶν· ἐν ᾗ προφητῶν ἀνάγνωσις καὶ εὐαγγελίου κηρυκία καὶ θυσίας ἀναφορὰ, καὶ τροφῆς ἱερᾶς δωρεά. Maximè die

Sabbati

Sabbati & Dominica, in qua Dominus reſurrexit, cum enixiori ſtudio accedite, laudem offerentes Deo, qui univerſa fecit per Ieſum, quique eum miſit ad nos & pati voluit & ex mortuis reſuſcitavit. Nam quid reſpondebit Deo, qui non ad conventum venerit in illo die, ut audiat ſalutarem ſermonem de reſurrectione? in qua ter preces ſtantes fundimus in memoriam ejus, qui tertio die reſurrexit. in qua eſt lectio prophetarum & Euangelii prædicatio, & ſacrificii oblatio, & ſacri cibi largitio. Cap. 61. (malè ξ) εἰ δέ τις τοῦ ἔργου τοῦ ἰδίου πρόφασιν ἐπιφέρων ὀλιγωρεῖ, προφασιζόμενος προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, γινωσκέτω ὁ τοιοῦτος, ὡς αἱ τέχναι τῶν πιστῶν ἐπέργια εἰσὶν, ἔργον δὲ ἡ εὐσέβεια. τὰς οὖν τέχνας ὑμῶν ὡς ἐν παρέργῳ ποιεῖτε εἰς διατροφὴν ὑμῶν· ἔργῳ δὲ τὴν εὐσέβειαν ἀσκεῖτε· ὡς καὶ ὁ κύριος ἔλεγεν, ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην ἀλλὰ τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. καὶ πάλιν· τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. σπουδάζετε οὖν μηδέποτε τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ καταλιπεῖν. *Si quis excuſatione ſui operis negligat, cauſationes nectens in peccatis, noſcat talis, quòd opificia à fidelibus præter propter exerceantur, opus verò eorum ſit pietas. Opificia igitur obiter facite, ad alimoniam veſtram: pietatem autem ſtudioſè exercete. quemadmodū & dominus dixit, Operamini non eſcam, quæ perit, ſed eam, quæ manet in vitam æternam. & rurſus, Hoc eſt opus*

Dei, ut credatis in eum, quem ille miſit.
Date igitur operam, ut nunquam Eccleſiam
Dei derelinquatis. Lib. 6: 20. Νόμος δέ
ἐστιν ἡ δεκάλογος, ὃν πρὸ τοῦ τὸν λαὸν μοσχοποιῆσαι
τὸν παρ' Αἰγυπτίοις Ἆπιν θεὸς αὐτοῖς ἐνομοθέτη-
σεν ἀκουστῇ φωνῇ. — τότε ὀργισθεὶς ὁ θεὸς ἅτε
ἀχαριστηθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἔδησεν αὐτοὺς δεσμοῖς
ἀλύτοις, σιδώσει φορτισμοῦ καὶ σκληρότητι κλοιοῦ· καὶ
οὐκέτι εἶπεν, ἐὰν ποιῇς, ἀλλὰ ποίησον θυσιαστήριον
καὶ θῦε διηνεκῶς. ἐπιλήσμων τυγχάνεις καὶ ἀχά-
ριστος. ὁλοκαύτει οὖν συνεχῶς, ἵν' ὑπομιμνήσκῃς
μου. ἐπειδὴ γὰρ τῇ ἐξουσίᾳ κακῶς ἀπεχρήσω, ἀνάγ-
κην ἐπιτίθημί σοι λοιπόν· καὶ βρωμάτων ἀφίστα-
σο τοιῶνδε. καὶ ζώων σοι διαφορὰς καθαρῶν καὶ ἀκα-
θάρτων διαστέλλομαι· καίτοι παντὸς ζώου καλοῦ
τυγχάνοντος, ἅτε ὑπ' ἐμοῦ γενομένου. καὶ ἀφορι-
σμοὺς τοιούσδε σοι προστάσσω, καθαρισμούς. συνε-
χῆ βαπτίσματα. ῥαντισμούς, ἁγνείας ποιάσδε
διαφόρους. καὶ τύπον ἐφ' ἑκάστῳ, ἐὰν παρακούσῃς,
τιμωρίαν ὁρίζω, ὡς ἔοικε τῷ ἀπειθεῖ, ὅπως πιε-
ζόμενος καὶ ὑπὸ τοῦ κλοιοῦ ἀγχόμενος τῆς πολυ-
θέου πλάνης ἐκστῇς, καὶ παρεὶς τὸ, οὗτοι οἱ θεοί σου,
Ἰσραὴλ, ὑπομνησθῇς τὸ, Ἄκουε, Ἰσραὴλ, Κύριος
ὁ θεός σου Κύριος εἷς ἐστι. καὶ ἀναδράμῃς ἐπ' ἐκεῖ-
νον τὸν νόμον τὸν ὑπ' ἐμοῦ τῇ φύσει καταβληθέντα τοῖς
πᾶσιν ἀνθρώποις. ἕνα μόνον ὑπάρχειν θεὸν ἐν οὐ-
ρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· καὶ τοῦτον ἀγαπᾷν ἐξ ὅλης τῆς
καρδίας καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, καὶ ἐξ ὅλης τῆς δια-
νοίας· καὶ πλὴν αὐτοῦ μὴ φοβεῖσθαι ἄλλον, μήτε
ὄνομα θεῶν ἑτέρων ἐπὶ διανοίας λαμβάνειν, μήτε
προφέρειν γλώσσῃ διὰ στόματος. Διὰ τὸ σκλη-

ροκαρ-

ροκαρδίαν αὐτῶν ἐπέδησεν αὐτοὺς, ἵνα διὰ τοῦ θύειν καὶ ἀργεῖν καὶ ἁγνίζεσθαι καὶ τὰ τοιάδε παρατηρεῖσθαι εἰς ἔννοιαν ἔλθωσι τοῦ θεοῦ τοῦ ταῦτα διαταξαμένου αὐτοῖς. *Lex eſt Decalogus, quem, voce clara, Deus populo dedit, antequam vitulum Apim facerent — tunc iratus Deus ingratos ligavit vinculis arctis, & onere gravi ac jugo duro conſtrinxit: & non amplius dixit, ſi feceris, ſed fac altare & ſacrificia ſemper. Nam immemor es & ingratus. Siquidem enim libertate abuſus es ingratus, neceſſitatem impono tibi de cætero; & à talibus eſcis abſtine. & animalium tibi mundorum & immundorum differentias præſcribo; quanquam omne animal ſit bonum; quippe à me factũ. & tales abſtinentias impero, purificationes, baptiſmos crebros, aſperſiones, continentias, ocia varia; &, ſi inobediens extiteris, pœnam dico inobedienti convenientem. ut preſſus & coarctatus numella ab errore multos Deos cogitandi abſiſtas, &, omiſſo illo, Hi ſunt dii tui, Iſraël, recorderis illius, Audi, Iſraël, Dominus Deus tuus Dominus unus eſt; & recurras ad eam legem, quæ à me naturâ omnibus hominibus inſerta eſt: unum ſolum eſſe Deum in cœlo & in terra, eumque amandum eſſe ex toto corde & omnibus viribus & omni cogitatione: & præter eum nullum eſſe timendum; neque nomen aliorum Deorum vel cogitatione vel lingua uſurpandum eſſe. Pro-*

pter

ter duritiam cordis ipſorum ligavit ipſos, t per ſacrificia & ocia & continentias & ales obſervationes cogitarent de eo, qui ipſis æc injunxit. Cap. 21. ὑμῶν δὲ τῶν πιστευσάντων ς τὸν ἕνα θεὸν οὐκ ἀπὸ ἀνάγκης ἀλλὰ ἀπὸ γνώμης γιοῦς ὑπακουσάντων τῷ καλέσαντι μακάριοι ὶ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσι, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι κούουσιν. ἀνείθητε γὰρ τῶν δεσμῶν καὶ ἠλευθερώθητε ουλείας. οὐκέτι γάρ, φησι, λέγω ὑμᾶς δούλους, ἀλλὰ φίλους, ὅτι πάντα, ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός ου, ἐγνώρισα ὑμῖν. Ἐκείνοις γὰρ μὴ θελήσασιν δεῖν μήτε ἀκοῦσαι, οὐ στερήσει μορίων ἀλλὰ κακίας ὑπερβολῇ, ἔδωκα προστάγματα οὐ καλὰ καὶ δικαιώματα, ἐν οἷς οὐ ζήσονται ἐν αὐτοῖς. οὐ καλὰ δὴ τῷ σκοπῷ αὐτῶν. ἐπειδὴ καὶ οἱ καυτῆρες καὶ τὸ ξίφος καὶ τὰ φάρμακα ἐχθρὰ τοῖς οὐχ ὑγιαίνουσιν, ἀφύλακτα δὲ διὰ τὴν αὐτῶν παράνοιαν. ὅθεν καὶ θάνατον αὐτοῖς ἐπάγει μὴ φυλασσόμενα. *Veſtri autem, qui credidiſtis in unum Deúm non ex neceſſitate, ſed ex ſano ſenſu obediviſtis vocanti, beati oculi, quia vident, & aures, quia audiunt. Vincula enim vobis relaxata ſunt & liberati eſtis à ſervitute. Non enim, dicit, dico vos ſervos, ſed amicos, quia omnia, quæ audivi à patre meo notificavi vobis. Illis enim, quum non vellent videre nec audire, non quod organa ipſis deeſſent, ſed quod nequitia ſupereſſet, dedi juſſa non bona & præcepta, in quibus non vivant. Non bona, ipſorum ſcopo. ſiquidem & cauteres & gladius & medicamēta inimica ſunt*

ægrotis,

ægrotis, ſed neceſſaria propter inobedientiam, unde & mortem inferunt non vitata. Cap. 22. ὑμεῖς οὖν μακάριοι, οἱ λυθέντες τῆς κατάρας. Χριστὸς γὰρ παραγενόμενος ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς τὸν νόμον κυρώσας ἐπλήρωσε· τὰ ἐπείσακτα περιεῖλεν, εἰ καὶ μὴ πάντα, ἀλλάγε τὰ βαρύτερα, τὸν μὲν βεβαιώσας, τὰ δὲ παύσας. *Vos igitur beati, qui ſoluti eſtis execratione. Chriſtus enim quum veniſſet Dei filius legem & firmavit & implevit. Superinducta autem ſuſtulit, ſi non omnia* (hoc dicit propter locum Actor. 15: 28. 29.) *certè graviora: illam quidem confirmans, hæc autem abolens.* Cap. 23 ὁ σαββατίζειν δι᾽ ἀργίας νομοθετήσας διὰ τὴν τῶν νόμων μελέτην νῦν καθ᾽ ἡμέραν ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἀναλογιζομένους δημιουργίας καὶ προνοίας νόμον εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ. *Qui ſabbatizare per ocium juſſerat propter meditationem legis, nunc quotidie juſſit nos reputantes creatoris & providentiæ legem gratias agere Deo.* Lib. 7. cap. 30. (male κζ) τὴν ἀναστάσιμον τοῦ κυρίου ἡμέραν τὴν κυριακήν, φαμέν, συνέρχεσθε ἀδιαλείπτως εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ καὶ ἐξομολογούμενοι ἐφ᾽ οἷς εὐεργέτησεν ὑμᾶς ὁ θεὸς διὰ Χριστοῦ ῥυσάμενος ἀγνοίας, πλάνης, δεσμῶν. ὅπως ἄμεμπτος ᾖ ἡ θυσία ὑμῶν καὶ εὐανάφορος θεῷ τῷ εἰπόντι περὶ τῆς οἰκουμενικῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, ὅτι ἐν παντὶ τόπῳ μοι προσενεχθήσεται θυμίαμα καὶ θυσία καθαρά. ὅτι βασιλεὺς μέγας ἐγώ εἰμι, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ ὄνομά μου θαυμαστὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι. *Die Dominico, qui eſt*

dies

lies reſurrectionis, convenite inceſſanter gratias agentes Deo & confitentes propterea, quòd benefecit vobis, liberans vos per Chriſtũ ab ignorantia, errore, VINCVLIS, ut irreprehenſibile ſit ſacrificium veſtrũ & dignum Deo, qui dixit de univerſali Eccleſia ſua, in omni loco mihi offeretur ſuffitus & ſacrificium purum. quia rex magnus ego ſum, dicit Dominus omnipotens, & nomen meum admirabile in gentibus. Cap. 37.

— καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη σῷ κράτει· διὸ καὶ τὴν ἀναστάσιμον ἑορτὴν πανηγυρίζοντες τῇ κυριακῇ χαίρομεν ἐπὶ τῷ νικήσαντι μὲν τὸν θάνατον φωτίσαντι δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν. — νόμον αὐτοῖς [τοῖς πατράσιν] ἐδωρήσω δέκα λογίων σῇ φωνῇ φθεγχθέντα καὶ χειρὶ καταγραφέντα· σαββατίζειν ἐνετείλω οὐ πρόφασιν ἀργίας διδοὺς, ἀλλ' ἀφορμὴν εὐσεβείας εἰς γνῶσιν τῆς σῆς δυνάμεως, εἰς κώλυσιν κακῶν ὡς ἐν ἱερῷ καθείρξας περιβόλῳ, διδασκαλίας χάριν εἰς ἀγαλλίαμα ἑβδομάδος. διὰ τοῦτο ἑβδομὰς μία, καὶ ἑβδομάδες ἑπτὰ καὶ μὴν ἕβδομος καὶ ἐνιαυτὸς ἕβδομος, καὶ τούτου αὐτανακύκλησις ἰωβηλαῖος, ὅ ἐστιν ἔτος πεντηκοστὸν, εἰς ἄφεσιν, ὅπως μηδεμίαν ἔχωσι πρόφασιν οἱ ἄνθρωποι ἄγνοιαν σκήψασθαι. τούτου χάριν πᾶν σάββατον ἐπέτρεψεν ἀργεῖν· ὅπως μηδὲ λόγον τις ἐν ὀργῇ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ προέσθαι θελήσῃ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων. σάββατον γάρ ἐστι κατάπαυσις δημιουργίας, τελείωσις κόσμου, νόμων ζήτησις, αἶνος εἰς θεὸν εὐχάριστος ὑπὲρ ὧν ἀνθρώποις ἐδωρήσατο. ὧν ἁπάντων ἡ κυριακὴ προὔχουσα αὐτὸν τὸν μεσίτην,

μεσίτην, τὸν προνοητὴν, τὸν νομοθέτην, τὸν ἀναστάσεως αἴτιον, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, τὸν θεὸν λόγον καὶ ἄνθρωπον, τὸν ἐκ Μαρίας γεννηθέντα μόνον δίχα ἀνδρὸς, τὸν πολιτευσάμενον ὁσίως, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ ἀποθανόντα καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, ὑποδεικνύουσα ὡς κυριακὴ παρακελεύεταί σοι, δέσποτα, τὴν ὑπὲρ πάντων εὐχαριστίαν προσφέρειν. αὕτη γὰρ ἡ ὑπό σου παρασχεθεῖσα χάρις· ἥτις διὰ μέγεθος πᾶσαν εὐεργεσίαν ἐκάλυψεν. *Legem ipſis dediſti decem verborum tua voce pronunciatam & manu ſcriptam. ſabbatizare præcepiſti, non cauſam ocii præbens, ſed occaſionem pietatis ad cognitionem tuæ potentiæ, ad impedimentum malorum, tanquam includens ſacris ſeptis diſcendi cauſa, in gloriam ſeptimæ. Ideo hebdomas una, & ſeptem, & menſis ſeptimus, & annus ſeptimus, & illius revolutio Iubilæus, quinquageſimus annus ad dimiſſionem: ut nullam haberent excuſationem ignorantiæ homines illi. Hac de cauſa omne Sabbatum commiſit ociari. ut neque ſermonem quis in ira ex ore ſuo vellet emittere in die Sabbati. Sabbatum enim eſt abſolutio creationis, conſummatio mundi, legis inquiſitio, grata in Deum laus ſuper beneficiis. Quibus omnibus præſtans Dominica ipſum mediatorem, curatorem, legiſlatorem, Deum Sermonem & hominem, ex Maria ſola natum ſine viro, qui ſanctè vixit, qui crucifixus eſt à Pilato, mortuus eſt & reſurrexit*

exit ex mortuis, oſtendens, ut Dominica ortatur tibi, Domine, gratiarum actionem ro omnibus offerre. Hæc eſt enim à te præbita ratia; quæ magnitudine omne beneficium bſcondit. Lib. 8. c. 33. ἐγὼ Πέτρος καὶ ἐγὼ Παῦλος διατασσόμεθα. ἐργαζέσθωσαν οἱ δοῦλοι πέντε ἡμέρας· σάββατον δὲ καὶ κυριακὴν σχολαζέτωσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας· τὸ μὲν γὰρ σάββατον εἴπομεν δημιουργίας λόγον ἔχειν· τὴν δὲ κυριακὴν ἀναστάσεως. *Ego Peus & ego Paulus ordinamus. Operentur rvi quinque dies. Sabbato autem & Dominica vacent in Eccleſia propter inſtitutioem pietatis. Nam Sabbatum diximus creaionis habere rationem; at dominicam reſurectionis.*

XIV. JUVENCUS Hiſpanus hiſt. Euang. b. 2. p. 482.

Hæc ubi dicta dedit, meſſis per culta gravatæ
Præterit & populus ſectantum diſcipulorum
Spicarum gravidam carpebat in ordine frugem.
Ille dies veteri poſcebat lege quietem.
Sabbata nam priſcis repetebant ocia juſſis.
Ecce Phariſæi curant reprehendere Chriſtum,
Quòd ſanctæ legis calcarent juſſa metentes
Diſcipuli. Legum tum ſic completor Ieſus

Incipit.

Incipit —— —ſed nunc ego Sabbata cuncta,
Sponte mea dominans, legis ſub jure tenebo.

XV. Macarius homil. 35. ἐν τῇ σκιᾷ τοῦ νόμου τοῦ διὰ Μωσέως δοθέντος προσέταξεν ὁ θεὸς ἐν τῷ σαββάτῳ ἕκαστον ἀναπαύεσθαι καὶ μηδὲν ποιεῖν. Τοῦτο δὲ τύπος ἦν καὶ σκιὰ τοῦ ἀληθινοῦ σαββάτου τοῦ διδομένου τῇ ψυχῇ ἀπὸ τοῦ κυρίου. — ἐλθὼν ὁ κύριος καὶ τὸ ἀληθινὸν καὶ αἰώνιον σάββατον δοὺς ἀνέπαυσε τὴν βεβαρημένην ψυχὴν φορτίοις ἀνομίας, &c. — ὁ γὰρ κύριος καλεῖ τὸν ἄνθρωπον εἰς ἀνάπαυσιν λέγων, Δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες — καὶ ὅσαι ψυχαὶ πείθονται καὶ προσέρχονται, ἀναπαύει αὐτὰς ἀπὸ τούτων τῶν βαρέων καὶ φορτικῶν καὶ ἀκαθάρτων λογισμῶν, καὶ ἀργοῦσιν ἀπὸ πάσης ἀνομίας, σαββατίζουσαι σάββατον ἀληθινόν, τρυφερόν, ἅγιον. *In umbra legis per Moſen datæ juſſit Deus unumquemque Sabbato quieſcere ac nihil agere. Hic erat typus & umbra veri Sabbati, quod animæ donatur à Domino. — Dominus cùm veniſſet & verum æternumque dediſſet Sabbatum, fecit requieſcere animam gravatam & oneratam omnibus iniquitatibus, &c. — Dominus enim vocat hominem ad quietem, dicens, Venite omnes, qui laboratis & onerati eſtis, — &, quæcunque animæ credunt & accedunt, eas facit requieſcere ab his gravibus, moleſtis & impuris cogitationibus, & ociantur ab omni iniquitate, ſabbatizantes*

Sabbatum verum, delicioſum, ſan-
um.

XVI. ATHANASIUS De Sab-
itis & Circumciſione. pag. 760. Ση-
ιόν ἐστι [τὸ σάββατον] τοῦ εἰδέναι τὴν τῆς κτίσεως
έραν, καὶ τὸ ταύτης τέλος. ἀκόλουθον ἦν, ἕως
τῆς κτίσεως ἐνηργεῖτο ἐπὶ τῆς ἱερουσαλήμ, ἕως τότε
λάττειν τὰ σάββατα. ἐλθούσης δὲ τῆς ἑτέρας γενεᾶς
τοῦ κτιζομένου λαοῦ — ἀνάγκη μηκέτι τὸν λαὸν
τον τηρεῖν τὸ τῆς προτέρας κτίσεως τέλος, ἀλλὰ
ὴν ἀρχὴν τῆς δευτέρας κτίσεως ζητεῖν. τίς δέ ἐστιν
καθ᾽ ἣν ἀνέστη ὁ κύριος; ἔκτοτε γὰρ ἀρχὴν ἔχεν
αινὴ κτίσις — τὴν μὲν οὖν προτέραν κτίσιν
ιῶν ὁ θεὸς κατέπαυσε, διὰ τοῦτο καὶ τὸ σάββατον
τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἐτήρουν οἱ τῆς γενέσεως ἐκεί-
. ἡ δὲ δευτέρα κτίσις τέλος οὐκ ἔχει· διὰ τοῦτο
ὲ κατέπαυσεν, ἀλλ᾽ ἕως ἄρτι ἐργάζεται. ὅθεν
δὲ σαββατίζομεν ἡμέραν, ὡς ἐπὶ τῇ πρώτῃ, ἀλλὰ
λλοντα ἐλπίζομεν σάββατα σαββάτων, ἃ οὔτε
λος λαμβάνει ἡ καινὴ κτίσις, ἀλλὰ φανεροῦται καὶ
όλου ἑορτάζει. διὰ γὰρ τοῦτο ἐδόθη τὸ σάββατον
προτέρῳ λαῷ, ἵνα γινώσκῃ τὸ τέλος καὶ τὴν
χὴν τῆς κτίσεως. τῇ δὲ καινῇ κτίσει οὐκ ἐνετεί-
το φυλάττειν σάββατον· ἵνα τὴν μὲν ἀρχὴν ἐν
κυριακῇ γινώσκῃ, ἀτελεύτητον δὲ ἐπίσταται τὴν
ύτην χάριν· διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὴν ἀρχήν, τουτέστι τὴν
έραν, ἐδήλωσεν, ἵνα τὸ τέλος τῆς παρελθούσης
ώσκῃς. τέλος δὲ ἐχουσῶν τῶν προτέρων ἡμερῶν,
λαι γίνονται, ὡς Ἱερεμίας ἔφη, ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται,
λέγει κύριος. τέλος ἐχούσης τῆς προτέρας ἀκο-
θως ἑτέρας ἀρχὴ γέγονε. διὰ τοῦτο μετὰ τὸ σάβ-
βατον

βατον ἀνέστη ὁ κύριος. οὐ γὰρ προηγουμένως εἵνεκε
τοῦ ἀργεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἔδωκε τὸ σάββατον ὁ θεὸ
— εἰ γὰρ ἡ ἀργία ἁγιάζει, δηλονότι ἡ ἐργασία μο-
λύνει. — οὐκοῦν οὐκ ἀργίαν σημαίνει τὸ σάββατο
ἀλλὰ γνῶσιν μὲν τοῦ ποιητοῦ, παῦλαν δὲ τοῦ σχήμα-
τος τῆς κτίσεως ταύτης. ὡς καὶ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ ἔφη
τὰ σάββατά μου ἔδωκα αὐτοῖς τοῦ εἶναι αὐτοῖς εἰ
σημεῖον ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ἀνὰ μέσον αὐτῶν
γνῶναι αὐτοὺς, ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ ἁγιάζων αὐτούς.
γνώσεως ἄρα καὶ οὐκ ἀργίας ἕνεκεν ἐδόθη τὸ σάβ-
βατον, ὡς εἶναι μᾶλλον τὴν γνῶσιν ἀναγκαιοτέ-
ραν τῆς ἀργίας. — οὐκοῦν οὐχ ἡ ἑβδόμη ἐστὶ τὸ σάβ-
βατον, ἀλλ' ἡ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν, ὅτε τις ἀπ
αὐτῶν καταπαύει. οὐδὲ ἡ ἀργία ἐστὶ τὸ σάββατο
ἀλλ' ἡ ἐξομολόγησις καὶ ταπεινοῦν τὴν ψυχὴν — τέ-
λος μὲν οὖν τῆς προτέρας κτίσεως ἦν τὸ σάββατο
ἀρχὴ δὲ τῆς δευτέρας ἡ κυριακὴ, ἐν ᾗ τὴν παλαιὰ
ἀνανεώσατο καὶ ἀνεκαίνισεν. ὥσπερ οὖν ἐνετείλα
φυλάττειν πρότερον τοῦ σαββάτου τὴν ἡμέραν, μνή-
μην οὖσαν τοῦ τέλους τῶν προτέρων, οὕτως τὴν κυ-
ριακὴν τιμῶμεν μνήμην οὖσαν ἀρχῆς δευτέρα
ἀνακτίσεως. οὐ γὰρ ἄλλην ἐπέκτισεν, ἀλλὰ τὴν πα-
λαιὰν ἀνεκαίνισε, καὶ ἣν ἤρξατο ποιεῖν ἐτελείωσ
— διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περιτέμνεσθα
ἐκέλευσεν ὁ νόμος, καὶ ἀπαράβατος ἦν ἡ ἐντο-
λή· σημαίνουσα τὴν μετὰ τὴν ἑβδόμην ἀναγέννησ
πάντων. ἡ γὰρ περιτομὴ οὐδὲν ἄλλο ἐδήλου, ἢ τὴν
γενέσεως ἀπέκδυσιν. τὸν γὰρ τῇ ἕκτῃ ἀποθανόντ
ἀπεκδιδυσκόμεθα καὶ ἀνακαινούμεθα τῇ κυριακῇ
ὅτι ὁ παλαιὸς ἀπεκδυθεὶς ἀνεγεννήθη τῇ ἀναστάσ
— ἀφῃρέθη γὰρ ὁ ἐνδυσμὸς τοῦ παραπτώματος

Signu

Signum eſt Sabbatum ad ſciendam creationis diem, & ejus finem. Conſequens erat, quãdiu illa, quæ à creatione ſunt, operabantur in Hieruſalem, eò uſque obſervare Sabbata. Quum autem veniſſet alia generatio & populus creatus — neceſſe erat, non amplius populum hunc ſervare primæ conditionis finem, ſed initium ſecundæ conditionis quærere. Quid verò id eſt, niſi is dies, quo reſurrexit Dominus? Inde enim initium habuit nova conditio — Ergo priorem quidem conditionem faciens Deus requievit. Propterea & Sabbatum in die ſeptimo obſervabant ii, qui illius ortûs erant, h. e. qui ſecundùm legem creationis ſub exprobratione peccati nati erant: *ſecunda verò conditio non habet finem. Propterea nec requievit, ſed uſque nunc operatur* (Athanaſius verba Chriſti Joh. 5: 17. *Pater meus adhuc operatur, & ego operor*, in eum ſenſum accipit; Deum adhuc habere opus perficiendum, nempe novam creationem) *Vnde neque ſabbatizamus diem, ut ſub prima, ſed futura ſperamus Sabbata ſabbatorum, per quæ nec finem accipit nova creatura, ſed manifeſtatur & ſemper feſtum agit. Propterea datum eſt Sabbatum priori populo, ut cognoſceret finem & initium creationis: Novæ verò creaturæ non imperavit obſervare Sabbatum: ut initium quidem in DOMINICA* (intelligit ipſam diem reſurre-

 ctionis

ctionis Chriſti) *cognoſceret, & non finiendam intelligeret hanc gratiam. Propterea & initium, hoc eſt diem, indicavit, ut finem prateritæ* conditionis *cognoſceres. Quum autem finem habeant primæ dies, exiſtunt aliæ: quemadmodum Ieremias dicit; Ecce dies veniunt, dicit Dominus. Finem habente prima, conſequenter alterius initium extitit. Ideò poſt Sabbatum ſurrexit Dominus. Non enim primò ocii cauſa dedit Deus Sabbatum — Si enim ocium ſanctificat, certè opus inquinat — Non igitur ocium ſignificat Sabbatum, ſed cognitionem factoris, & abolitionem formæ hujus conditionis. quemadmodum & in Ezechiel dicit, Sabbata mea dedi ipſis, ut eſſent ipſis in ſignum inter me & ipſos, ut cognoſcerent, quòd ego Dominus, qui ſanctificat ipſos. Cognitionis ergo & non ocii cauſa datum eſt Sabbatum, adeò ut cognitio magis neceſſaria ſit, quàm ocium. — Igitur non ſeptima eſt Sabbatum, ſed remiſſio peccatorum, quum quis ab iis ceſſat. Neque ocium eſt Sabbatum, ſed confeſſio & animam humiliare — Finis quidem igitur prioris conditionis erat Sabbatum, principium verò ſecundæ Dominica* (dies reſurrectionis Chriſti) *in qua veterem* creaturam *renovavit. Quemadmodum igitur præcepit obſervare priùs Sabbati diem, ita Dominicam honoramus, quæ eſt memoria initii ſecundæ creationis. Non enim aliam inſuper creavit, ſed*

vete-

veterem renovavit, & , quam inceperat facere, conſummavit — propterea enim & octava die circumcidi lex juſſit, & praceptum non licebat tranſgredi. ſignificans omnium regenerationem, qua poſt ſeptimam facta eſt. Circumciſio enim nihil aliud ſignificat, quàm nativitatis exutionem. Eum enim, qui ſexta mortuus eſt (in Chriſto) *exuimus & renovamur dominicâ, quando vetus exutus renatus eſt reſurrectione — Ablata eſt enim exprobratio lapſus.*

XVII. HILARIUS in prologo in expoſit. Pſalm. *Cùm in ſeptimo die Sabbati ſit & nomen & obſervantia conſtituta, tamen nos in octava die, qua & ipſa prima eſt, perfecti Sabbati felicitate latamur.*

XVIII. CL. MARIUS VICTOR orator Maſſilienſis in Geneſi.

Septima lux magnum ut vidit ceſſaſſe parentem,
Sed generum tantùm numeros deſiſſe creare,
Et requiem tenuiſſe ſuam, tum jure ſacrata eſt,
Perfectum qua vidit opus: namque hoc quoque plenum eſt
Virtutis, ceſſaſſe Deum, poſuiſſe labores.
Nam genitis formam Patris quam dextra pararet,
Bis ternis Dominum ſatis eſt patraſſe diebus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Septima lux docuit veneranda exempla
quietis,
Quam cœleſti omnes ſperare jubemur in
aula,
Si modò non deſint operum bona facta
piorum.
Hæc quoque lux illam ſignat, qua tartara
Chriſtus
Solvit & evicto reditum patefecit aver-
no:
Dum patriam ille ſemel victor rediturus
in aulam
Iamque malorum expers humana in car-
ne quieſcit.

XIX. CYRILLUS Hieroſol. Catech. 4. φωτιζομένων. πάσης σαββάτων παρατηρήσεως ἀπόστηθι. *Rejice Sabbatorum omnem obſervationem.*

XX. GREGORIUS NAZIANZENUS in Decalogo poëm. 35.

Σάββατα πάντα φύλασσε μετάρσια καὶ σκιόεν-
τα.
Sabbata cuncta umbroſa ac re ſublimia
ſerva.

Orat. 19. p. 289. notat Hypſiſtarios σαββάτων αἰδουμένους, quòd *Sabbatum revererentur*. Orat. 44. in S. Pentecoſten. p. 705. ἑορτάζει καὶ Ἰουδαῖος, ἀλλὰ κατὰ τὸ γράμμα. — ἑορτάζομεν καὶ ἡμεῖς, ἀλλ' ὡς δοκεῖ τῷ πνεύματι. — τὴν ἑβδομάδα τιμῶσιν ἑβραίων παῖδες — ὁ ἑπτάκι τιμώμενος ἀριθμὸς τὴν τιμὴν τῆς πεντη-

κοστῆς συνεισήγαγεν. ὁ γὰρ ἑπτὰ ἐπὶ ἑαυτὸν συντιθέμενος γεννᾷ τὴν πεντηκοντάδα μιᾶς δεούσης ἡμέρας, ἣν ἐκ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος προσειλήφαμεν, ὀγδόην τε οὖσαν τὴν αὐτὴν καὶ πρώτην, μᾶλλον δὲ μίαν καὶ ἀκατάλυτον. δεῖ γὰρ ἐκεῖσε καταλῆξαι τὸν ἐνταῦθα σαββατισμὸν τῶν ψυχῶν. — τιμῶσι μὲν Ἑβραῖοι τὴν πεντηκοστὴν ἡμέραν, τιμῶμεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ὥσπερ ἐστί τινα ἃ καὶ ἄλλα τῶν ἑβραϊκῶν τυπικῶς μὲν παρ' ἐκείνοις τελούμενα μυστικῶς δὲ ἡμῖν ἀποκαθιστάμενα. *Feſtum agit & Iudæus, ſed juxta literam — feſtum agimus & nos, ſed ut ſpiritui viſum eſt. — Septimam honorant Hebræorum filii — Septenarius numerus honoratus quinquageſimam una introduxit. Nam ſeptem in ſe ducta gignunt quinquaginta, una die deficiente, quam ex futuro ſeculo aſſumſimus, octavam & primam, imò unam & indiſſolubilem. Ibi enim oportet conquieſcere ſabbatiſmum animarum, qui hîc agitur. — Honorant quidem Hebræi quinquageſimam diem, honoramus & nos. ut ſunt quædam alia, quæ ab Hebræis typicè celebrantur, nobis autem myſticè repræſentantur.*

XXI. EPIPHANIUS contra hæreſ. lib 1. p. 14. edit. Baſil. οἱ τύποι ἐν τῷ νόμῳ ἦσαν, ἡ δὲ ἀλήθεια ἐν τῷ εὐαγγελίῳ — καὶ ἦν ἐκεῖ σάββατον κατέχον ἡμᾶς εἰς τὸ μέγα σάββατον, τουτέστιν εἰς ἀνάπαυσιν Χριστοῦ, ἵνα ἐν Χριστῷ σαββατίσωμεν ἀπὸ ἁμαρτημάτων. *Figuræ in lege fuerunt, veritas autem in Euangelio. — Et*

erat illic Sabbatum detinens nos in magnum Sabbatum, hoc eſt, in requiem Chriſti, ut in Chriſto Sabbatum agamus à peccatis. & hæreſ. 30. p. 74. σάββατον — ὅ ἐστι Χριστὸς, ἐν ᾧ ἀναπέπαυται ὁ πατὴρ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα αὐτοῦ καὶ πάντες ἅγιοι ἄνθρωποι ἐν αὐτῷ ἀνεπαύσαντο, παυσάμενοι ἀπὸ ἁμαρτημάτων. οὗτός ἐστι τὸ μέγα σάββατον καὶ ἀΐδιον, οὗ τύπος ἦν τὸ μικρὸν σάββατον ἐξυπηρετούμενον ἄχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας, προσταχθὲν ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον, καὶ ἐν αὐτῷ λυθὲν καὶ πληρωθὲν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. οὕτως γὰρ εἶπεν· ὅτι κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου. ὅθεν θαρσαλέως οἱ μαθηταὶ λύουσι τὸ σάββατον, ἐπειδὴ καὶ οἱ πρὸ αὐτῶν ἱερεῖς ἔλυον τὸ σάββατον, θύοντες καὶ θεῷ θυσίαν προσφέροντες, ἵνα μὴ ἀργήσῃ θυσία ἡ ἐνδελεχὴς καὶ καθ' ἡμέραν προσφερομένη. οὐ μόνον δὲ αὐτοὶ προεφήτευον οἱ ἱερεῖς λυθήσεσθαι τὸ σάββατον διὰ τοῦ μὴ ἀργεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ περιτομὴ ἔλυε τὸ σάββατον. *Sabbatum — quod eſt Chriſtus, in quo requievit Pater & Spiritus Sanctus ipſius, & omnes ſancti homines in ipſo requieverunt ceſſantes à peccatis. Hic eſt magnum illud Sabbatum & perpetuum, cujus typus erat parvum Sabbatum adminiſtratum uſque ad illius adventum, præceptum ab ipſo in lege, & in ipſo ſolutum, atque impletum in Euangelio. Ita enim dicit: Dominus eſt filius hominis & Sabbati. Vnde fidenter diſcipuli ſolvunt Sabbatum, quandoquidem & ſacerdotes antè ſolvebant Sabbatum ſacrificantes &*

Deo

Deo ſacrificia offerentes, ut non ceſſaret oblatio jugis & quotidiana. Neque tantùm ipſi ſacerdotes prophetabant ſolutum iri Sabbatum non ceſſando, ſed & ipſa circumciſio ſolvebat Sabbatum. & hæreſ. 66. p. 228. verſionis Cornarii. Græca habentur p. 300. 301. Deinde rurſus dicit idem Manes, Vetus Teſtamentum jubet Sabbatum agere, Novum autem Teſtamentum h. e. Dominus in Euangelio dicit, Ego operor & pater meus operatur. Et in Sabbato evellebant diſcipuli ſpicas, &c. — πότε γὰρ τὸ σάββατον ἐπὶ ἀγαθῇ προφάσει οὐ λέλυται; Quando non ob bonam cauſam Sabbatum ſolutum eſt? p. 229. Dominus, quum veniſſet non ἐτεκτόνευσεν artem fabrilem lignariam exercuit in Sabbato, οὐκ ἐχάλκευσεν non ferrariam, non aliud quid: ſed, quum Deus eſſet, Dei opus operatus eſt, & dixit: Tolle grabatum tuum & ambula: quo ex geſtante appareret opus, quod factum erat, ut omnes cognoſcerent eum, qui de cœlo venit in auxilium filiis hominum. Etenim τῷ μὲν ὄντι ἦλθε λῦσαι τὸ σάββατον, revera venit, ut ſolveret Sabbatum. Non potuiſſet autem ipſum ſolvere, ſi alienus ab ipſo fuiſſet. Nemo enim alienum ſolvit opus — Quandoquidem autem proprium ipſius eſt Sabbatum, ob id dicit; Dominus eſt filius hominis etiam Sabbati, & dicit: Non homo propter Sabbatum factus eſt, ſed Sabbatum propter hominem.

Si itaque fecit Deus Sabbatum propter hominem, etiam prætulit hominem Sabbato, quò homo requiem recognoſceret & futurorum quietem. ἀντίτυπα γάρ ἐστι ταῦτα τῶν ἐπουρανίων. *Exemplaria enim ſunt hæc cœleſtium. Hic enim ex parte, illa verò tota perfectio. Sabbatum igitur in lege uſque ad ſuam præſentiam. Solvit autem illud Sabbatum, & dedit nobis Sabbatum magnum, quod eſt ipſe Dominus, requies noſtra & ſabbatiſmus.*

XXII. AMBROSIUS ſermone LXI. *Scire debet ſanctitas veſtra, fratres, hanc ſanctam Pentecoſtes diem qua ratione curemus vel cum iſtorum quinquaginta dierum numero ſit nobis jugis & continuata feſtivitas, ita ut hoc omni tempore neque ad obſervandum indicamus jejunia, neque ad exorandum Deum genibus ſuccidamus, ſed, ſicut dominica ſolemus facere, erecti & feriati reſurrectionem Domini celebramus. Dominica enim nobis ideò venerabilis eſt atque ſolennis, quia in ea Salvator velut Sol oriens, diſcuſſis inferorum tenebris, lux reſurrectionis emicuit. — Inſtar ergo dominicæ tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes iſti dies velut dominici deputantur,* &c. In Pſalm. XLVII. *Vbi finis legis advenit, qui eſt Chriſtus Ieſus (finis enim legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti) & reſurrectione ſua octavam ſanctificavit, cæpit eadem prima eſſe, quæ octava eſt,*

ſt, & octava, quæ prima, habens ex numeri rdine prærogativam, & ex reſurrectione Domini ſanctitatem.— Prima requies ceſſavit, ſecunda ſucceſſit. — Requies ergo vera jam non in operis ceſſatione, ſed in reſurrectionis eſt tempore. — Nos — obſervantiam induimus ſpiritalem, & ad ſimilitudinem & requiem Dei cupimus noſtram formare militiam atque in illa civitate cœleſti noſtrum exhibere miniſterium, ubi eſt non exemplar, non umbra, ſed veritas. In Pſalm. CXVIII. ſerm. XXI. *Illa ergo lex diligenda eſt, in qua verus Hebræus liber ab omni ſervitute vitiorum, in qua magnum Sabbatum & inoffenſa requies defunctorum — Iuſtificetur ſemper juſtitia Dei tranquillo animo, non ocio feriato.* In Lucam lib. 5. cap. 6. *Sabbatum illud ex lege ſolutum eſt, quod erat primum: & hoc primum factum eſt, quod ſecundò eſt conſtitutum. Nam & cum operari Sabbato liceat, & operantis nulla ſit pœna — Melius eſt Sabbatum, quo impunitas datur, quàm quo pœna præſcribitur.* In epiſtol. ad Galat. c. 4. *In elementis neomenias ſignificat & Sabbatum. Neomeniæ enim ſunt dies lunares, quos obſervant Iudæi, Sabbatum verò dies requietionis.*

XXIII. GREGORIUS NYSSENUS in Chriſti reſurrectionem orat. 1. tom. 2. edit. Morelli p. 826. ὁ τὴν σκιὰν τῶν μελλόντων

ἀγαθῶν ἔχων νόμος πρὸς ἕνα κατὰ τὸν [l. τὸ] προηγούμενον βλέπει σκοπόν· ὅπως ἂν διὰ τῶν ποικίλων παραγγελμάτων καθαρθείη τῆς ἐμμιχθείσης κακίας ὁ ἄνθρωπος. τοῦτο ἐν τῇ περιτομῇ, τοῦτο ἐν τῷ σαββάτῳ, τοῦτο ἐν τῇ τῶν ἐδωδίμων παρατηρήσει, τοῦτο ἐν τῇ ποικίλῃ ζωοθυσίᾳ, τοῦτο ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον παρατηρήμασι κατορθοῦται τοῦ νόμου — διὰ δὲ σαββατισμοῦ τὴν ἐν τῷ κακῷ ἀπραξίαν διδάσκεται — *Lex habens umbram futurorum bonorum ad unum præcipuè ſcopum ſpectat. ut variis illis præceptis homo à vitio, quo imbutus eſt, repurgetur. Hoc in circumciſione, hoc in Sabbato, hoc in ciborum obſervatione, hoc in varia animalium mactatione, hoc in ſingulis inſtitutis legis agitur.* — *Per ſabbatiſmum autem* natura *ceſſationem in malo docetur.* Quod idem dicit in orat. *ad eos, qui reprehenſionem ægre ferunt*, p. 744. ποίοις ὀφθαλμοῖς τὴν κυριακὴν ὁρᾷς ὁ ἀτιμάσας τὸ σάββατον; ἢ οὐκ οἶδας ὡς ἀδελφαὶ αὗται αἱ ἡμέραι; κἂν εἰς τὴν ἑτέραν ἐξυβρίσῃς τῇ ἑτέρᾳ προσκρούεις; ἔχων νοῦν καὶ λόγον οὐ προορᾷς τὸ πρέπον καὶ συμφέρον· οὐδὲ ἐμμελῶς ποιῇ τῆς σαυτοῦ ἀθανασίας τὴν ἐπιμέλειαν; *Quibus oculis dominicam intueris, qui Sabbatum dedecoraſti? An neſcis, germanas eſſe has dies? &, ſi in unam injurius ſis, alteram offendere? Quum habeas mentem & rationem, non provides, quid deceat & utile ſit; neque concinnè tuæ immortalitatis curam geris?* id, inquam, allegoricè dictum eſt. Sabbatum

pro

ro hoc ſeculo capit, Dominicam pro futu-
a. Id non vidit Baronius, qui ineptè longè
liam mentem Gregorio attribuit A. C. 57.
n.203. Confer

XXIV. BASILIUM ad Amphiloch.
de S. S. cap. 27.

XXV. HIERONYMUS in epiſt. ad Galat.
. 4. *Dies obſervatis, &c. Qui non adorat
atrem in ſpiritu & veritate, neſcit Sab-
atiſmum ſanctis repoſitum. De quo loqui-
ur Deus; Si introierint in requiem meam:
& non de illis temporibus recordatur, de qui-
us ſcriptum eſt: Recordamini dierum ſecu-
i. Et alibi. Memoratus ſum dies antiquos,
& annos æternos in mente habui. Dies Iu-
laicos obſervat & menſes & tempora &
annos. Dies, ut Sabbati & neomeniæ, &c.
Plenius hunc locum ad Coloſſenſes Apoſtolus
explicat, dicens: Nemo ergo vos judicet in
cibo aut in potu, aut in parte diei feſti, aut
neomeniæ aut ſabbatorum, quæ ſunt umbra
futurorum. Partem diei feſti ad diſtinctio-
nem perpetuæ feſtivitatis hic poſuit; ut non
brevem &, ut ita dicam, totius corporis
quandam particulam, ſed totum vitæ noſtræ
ſpacium perpetuæ in Chriſto ſolennitatis ha-
beamus. Et, ut poſterioribus priora conne-
ctam: quid de lege Moyſi & de ſuperflua ci-
borum curioſitate in hac eadem epiſtola ſen-
tiat, ſtatim ſubjungit ac loquitur. Si enim
mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi
hujus:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

hujus: quid adhuc tanquam viventes in hoc mundo decernitis? &c. Dicat aliquis: Si dies obſervare non licet & menſes & tempora & annos, nos quoque ſimile crimen incurrimus, quartam Sabbati obſervantes & paraſceven & Dominicam & jejunium quadrageſimæ, & paſchæ feſtivitatem, & pentecoſtes lætitiam & pro varietate regionum diverſa in honore martyrum tempora conſtituta. Ad quod qui ſimpliciter reſpondebit, dicet, non eoſdem Iudaicæ obſervationis dies eſſe, quos noſtros. Nos enim non azymorum paſcha celebramus, ſed reſurrectionis & crucis. Nec ſeptem, juxta morem Iſraël, numeramus hebdomadas in Pentecoſte: ſed Spiritus ſancti veneramur adventum. Et, ne inordinata congregatio populo fidem minueret in Chriſto, propterea dies aliqui conſtituti ſunt, ut in unum omnes veniremus. Non quo celebrior ſit dies illa, qua convenimus; ſed, quocunque die conveniendum ſit, ex conſpectu mutuo lætitia major oriatur. Qui verò oppoſitæ quæſtioni acutius reſpondere conatur, illud affirmat, omnes dies æquales eſſe. nec per paraſceven tantùm Chriſtum crucifigi, & die Dominica reſurgere: ſed ſemper ſanctum reſurrectionis eſſe diem & ſemper eum carne veſci Dominica. Iejunia autem & congregationes inter dies propter eos & à viris prudentibus conſtitutos, qui magis ſeculo vacant, quàm Deo: nec poſſunt,

mò nolunt toto in eccleſia vitæ ſuæ tempore congregari & ante humanos actus Deo orationum ſuarum offerre ſacrificium. Quotus enim quiſque eſt, qui ſaltem hæc pauca, quæ ſtatuta ſunt, vel orandi tempora vel jejunandi ſemper exerceat? Itaque, ſicut nobis licet vel jejunare ſemper, vel ſemper orare, & diem Dominicam accepto Domini corpore indeſinenter celebrare gaudentibus: Non ita & Iudæis fas eſt omni tempore immolare agnum, pentecoſten agere, tabernacula figere, jejunare quotidie. Epiſtola 22. *ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis.* de Cœnobitis. *Dominicis diebus orationi tantùm & lectionibus vacant: quod quidem & omni tempore, completis opuſculis, faciunt. Quotidie aliquid de Scripturis diſcitur.* Epiſt. 27. *ad Euſtochium, Epitaphio Paulæ. Mane, hora tertia, ſexta, nona, veſpere, noctis medio per ordinem pſalterium cantabant. Nec licebat cuiquam ſororum ignorare pſalmos & non de Scripturis ſanctis quotidie aliquid diſcere. Die tantùm Dominico ad Eccleſiam procedebant, ex cujus habitabant latere. & unumquodque agmen matrem propriam ſequebatur: atque inde pariter revertentes inſtabant operi diſtributo & vel ſibi vel cæteris indumenta faciebant.*

XXVI. PRUDENTIUS Apotheoſi p. 175.

Iamne piget facti? jam pœnitet? En tibi Chriſtum.

Infelix

Infelix Iudæa Deum, qui Sabbata ſolvens
Terrea mortales æterna in Sabbata ſumſit.

XXVII. CHRYSOSTOMUS ad 2 Geneſ. Ἐντεῦθεν ἐκ προοιμίων αἰνιγματωδῶς διδασκαλίαν ἡμῖν ὁ θεὸς παρέχεται, παιδεύων τὴν μίαν ἡμέραν ἐν τῷ κύκλῳ τῆς ἑβδομάδος ἅπασαν ἀνατιθέναι καὶ ἀφορίζειν τῇ τῶν πνευματικῶν ἐργασίᾳ. *Hinc ab initio ænigmaticè docuit Deus, monens, ut unam diem in cyclo ſeptimanæ quamque conſecremus & ſeparemus ſpiritualium operationi.* Quæ verba in hanc mentem rectè accipi poſſunt. Quandoquidem Moſes in ipſo initio creationis meminit, quòd Deus populo Iſraëlitico dederit Sabbatum, qua re ipſis præbuit occaſionem ea agendi, quæ ad regnum Dei pertinent, monuiſſe nos Deum, ne ſocordes reperiamur, ut, ſaltem, unum ex ſeptem diebus tribuamus ſtudio & exercitio liberiori pietatis ſpontaneo. In Matth. 24:20. οὐ γὰρ δὴ οἱ ἀπόστολοι ἔμελλον σάββατον τηρεῖν. *Non enim Apoſtoli erant Sabbatum ſervaturi.* In Matth. 12:8. Κύριος γάρ, φησιν, ἐστὶ τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, περὶ ἑαυτοῦ λέγων. ὁ δὲ Μάρκος καὶ περὶ τῆς κοινῆς φύσεως αὐτὸν τοῦτο εἰρηκέναι φησίν. ἔλεγε γάρ. Τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον. τίνος οὖν ἕνεκεν ἐκολάζετο ὁ τὰ ξύλα συνάγων; ὅτι, εἰ ἔμελλον καὶ ἐν ἀρχῇ καταφρονεῖσθαι οἱ νόμοι,

σχολῇ

ολῇ γ' αὖ ὕστερον ἐφυλάχθησαν. καὶ γὰρ πολλὰ
φελῶς παρὰ τὴν ἀρχὴν τὸ σάββατον καὶ μεγάλα·
ον, ἡμέρους ἐποίει πρὸς τοὺς οἰκείους εἶναι καὶ φιλαν-
θρώπους· ἐδίδασκεν αὐτοὺς τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν καὶ
δημιουργίαν, ὅπερ φησὶν ὁ Ἰεζεκιήλ. ἐπαίδευσεν
αὐτοὺς κατὰ μικρὸν ἀπέχεσθαι πονηρίας καὶ τοῖς πνευ-
ματικοῖς προσέχειν παρεσκεύαζεν. ἐπειδὴ γὰρ τὸν
νόμον διδοὺς τὸν τοῦ σαββάτου, εἰ εἶπε, τὰ μὲν ἀγαθὰ
ἐργάζεσθε ἐν τῷ σαββάτῳ, τὰ δὲ κακὰ μὴ ποιεῖτε,
οὐκ ἂν ἠνέσχετο· ἀπάντων ὁμοίως ἀπείργει. μηδὲν
γὰρ ποιήσητε, φησί· καὶ οὐδὲ οὕτω κατείχοντο. αὐ-
τὸς δὲ καὶ τὸν νόμον διδοὺς τὸν τοῦ σαββάτου καὶ οὕτως
ἠνίξατο, ὅτι τῶν πονηρῶν αὐτοὺς ἀπέχεσθαι βούλεται
μόνον. μηδὲν γὰρ ποιήσητέ, φησι, πλὴν ὧν ποιηθή-
σεται ψυχή· καὶ ἐν τῷ ἱερῷ δὲ πάντα ἐγίνετο, καὶ μετὰ
πλείονος τῆς σπουδῆς, καὶ διπλασίονος τῆς ἐργασίας.
οὕτω καὶ δι' αὐτῆς τῆς σκιᾶς τὴν ἀλήθειαν αὐτοῖς πα-
ρήνοιγε. τοσοῦτον οὖν κέρδος, φησὶν, ἔλυσεν ὁ Χρι-
στός; μὴ γένοιτο· ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἐπέτεινε. καιρὸς
γὰρ ἦν διὰ τῶν ὑψηλοτέρων αὐτοὺς πάντα παι-
δεύεσθαι, καὶ οὐκ ἔδει δεδέσθαι τὰς χεῖρας τοῦ πονη-
ρίας μὲν ἀπηλλαγμένου, πρὸς δὲ τὰ ἀγαθὰ πάντα
ἐπτερωμένου, οὐδὲ ἐντεῦθεν μανθάνειν ὅτι ὁ θεὸς
ἅπαντα ἐποίησεν, οὐδὲ ἐντεῦθεν ἡμέρους εἶναι τοὺς
πρὸς αὐτὴν τοῦ θεοῦ τῆς φιλανθρωπίας τὴν μίμησιν
καλουμένους (γίνεσθε γάρ φησιν οἰκτίρμονες, ὡς ὁ
πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος) οὐδὲ μίαν ἡμέραν ἑορτά-
ζειν τοὺς πάντα τὸν βίον ἑορτὴν ἄγειν κελευομένους
— οὐ δεῖ γὰρ παρὰ κιβωτὸν ἑστάναι καὶ θυσιαστή-
ριον χρυσοῦν τοὺς αὐτὸν τὸν πάντων δεσπότην ἔνοι-
κον ἔχοντας καὶ διὰ πάντων ὁμιλοῦντας αὐτῷ, καὶ δι'

εὐχῆς, καὶ διὰ προσφορᾶς, καὶ διὰ γραφῶν, καὶ δι᾽ ἐλεημοσύνης, καὶ διὰ τοῦ ἔνδον ἔχειν αὐτόν. τί τοίνυν σαββάτου χρεία τῷ διὰ παντὸς ἑορτάζοντι, τῷ πολιτευομένῳ ἐν οὐρανοῖς, &c. *Dominus enim, inquit, eſt Sabbati filius hominis; de ſe ipſo loquens. Marcus verò, etiam de communi natura id ipſum dixiſſe, ait. Dicit enim: Sabbatum propter hominem extitit, non homo propter Sabbatum. Quare igitur puniebatur is, qui ligna colligebat? quia, ſi leges ſtatim initiò contemnerentur, impoſterum non ſervarentur. Nam multum proderat priſco tempore Sabbatum & in magnis rebus, veluti, manſuetos faciebat homines erga ſuos & humanos. Docebat Dei providentiam & fabricam, quod dicit Ezechiel. Ducebat paulatim ad abſtinentiam vitii, & parabat ad attendendum ſpiritualibus. Quandoquidem enim, ſi, legem dans Sabbati, dixiſſet, Bona facite in Sabbato, mala ne facite, non ſuſtinuiſſent; ab omnibus pariter abigit. Nihil, enim, faciatis, inquit. At ne ſic quidem retinebantur. Ipſe autem & legem Sabbati dans vel ſic innuit, quòd tantùm velit ipſos à malis abſtinere. Nihil enim facietis, inquit, niſi quorum anima fiet. Et in ſanctuario omnia agebantur, & majori cum ſtudio & opere duplo. Ita per ipſam umbram veritatem ipſis aperuit. Tantum igitur fructum, ais, Chriſtus ſolvit? Imò & vehementer intendit. Tempus enim erat,*

ut

ut per ſublimiora docerentur omnia, & non oportebat adſtringi manus ejus, qui à malitia eſt liberatus & ad omnia bona promtus eſt, neque hinc diſcere, quòd Deus omnia fecerit, neque hinc eſſe clementes, qui ad ipſius Dei imitationem vocantur (dicit enim, Eſtote miſericordes, quemadmodum pater veſter cœleſtis) neque per unum diem feſtum agere, qui per totam vitam feſtum agere jubentur. — *Non enim oportet ad aram ſtare & altare aureum, qui ipſum Dominum in ſe habitantem habent, & per omnia ipſo familiari utuntur, per preces, per oblationem, per ſcripturas, per eleemoſynam, & eo quòd illum intra ſe habent. Quæ igitur Sabbati neceſſitas eſt ei, qui ſemper feſtum agit, qui in cœlo verſatur? & quæ ſequuntur.* In Actor. cap. 20: 7. pag. 849. *Prima verò ſabbatorum, quum congregati eſſemus ad frangendum panem, Paulus diſſerebat ad ipſos, & produxit ſermonem ad mediam noctem. Vide, ut omnia poſtpoſuerit prædicationi. Pentecoſte erat, dominica erat, & ille ad mediam noctem producit inſtitutionem.* — *idque ſub ipſum cœnæ tempus.* pag. 850. lin. 24. *Ad ipſum tempus, quo oſtendebat ſe eſurire, & non erat intempeſtivum* cibum capere, *ſermo inchoatus productus eſt. Quare non principaliter ad inſtitutionem venit, ſed convenerant quidem, ut frangerent panem, ſed, quum ſermo inci-*

diſſet,

diſſet, produxit inſtitutionem. Vide, ut Pauli menſæ omnes participaverint. Videtur mihi ad menſam ipſam diſſerere docens nos omnia poſteriora ducere. Confer pag. 849. lin. 36. Tom. 6. *Ad Iudaïzantes.* pag. 376. *Conteſtor cœlum & terram, ſi quis præſentium vel abſentium ad ſpectaculum abeat tubarum, aut Synagogam adeat, aut εἰς τὸ ματρώνης ἀνέλθῃ,* (locus eſt conventus Judaici apud Antiochiam. confer p. 373: ll. 13. & Notas) *aut jejunio participet, ἢ σαββάτων μετάσχῃ aut Sabbatis communicet, aut aliud quidpiam magnum aut parvum Iudaicæ conſuetudinis faciat, purus ego à ſanguine veſtrum omnium.* In 1 Cor. 16: 2. *Vide, ut à tempore hortatur. Nam dies erat idonea, ut moveret ad miſericordiæ officium. Mementote, inquit, qualia conſecuti ſitis hoc die* (Dominica) *Nam indicibilia bona & radix ac principium vitæ noſtræ in hac extitit. Nec tantùm hac ratione idoneum eſt tempus ad humanitatis promtitudinem, ἀλλ' ὅτι καὶ ἄνεσιν ἔχει καὶ πόνων ἀτέλειαν ſed & quia remiſſionem habet & laborum immunitatem. —. præterea & communicare ſacramentis adeò tremendis & immortalibus magnam inſerit promtitudinem.* Socrates lib. 6. c. 8. ἡνίκα ἑκάστης ἑβδομάδος ἑορταὶ κατελάμβανον, φημὶ δὴ τό, τε σάββατον καὶ ἡ κυριακὴ, ἐν αἷς αἱ συνάξεις κατὰ τὰς ἐκκλησίας εἰώθασι γίνεσθαι. *Appetentibus per hebdomadem quamvis feſtis,*

Sabbato

Sabbato ſcilicet & dominica, in quibus cœ-tus agi ſolent.

XXVIII. AUGUSTINUS tom. 1. de Geneſi contra Manichæos lib. 1: 22. *Carnaliter Sabbatum obſervantes non videbant, quid illius diei ſignificatio figuraret: ſic & iſti, diverſa quidem voluntate, pariter tamen non intelligunt Sabbati ſacramentum. — Velamen auſertur, quando, ſimilitudinis & allegoria cooperimento ablato, veritas nudatur, ut poſſit videri. Quid enim aliud ſignificat, quòd dicitur Deus requieviſſe ab omnibus operibus ſuis, quæ fecit valde bona, niſi requiem noſtram, quam nobis daturus eſt ab omnibus operibus noſtris, ſi & nos bona opera fecerimus.* Tom. 2. epiſt. 86. Ad Caſulanum. *Sic enim ſcriptum eſt: In una autem Sabbati congregatis nobis frangere panem. — Quia una Sabbati tunc appellabatur dies, qui nunc Dominicus appellatur — Aut ergo poſt peractum diem Sabbati noctis initio congregati, quæ utique nox jam ad diem Dominicum, hoc eſt unam Sabbati pertinebat: & ita eadem nocte fracturus panem, ſicut frangitur in ſacramento corporis Chriſti, produxit ſermonem uſque ad medium noctis, ut, poſt ſacramenta celebrata, rurſus uſque ad diluculum alloquens congregatos, quoniam multum feſtinabat, luceſcente proficiſceretur Dominico die,* &c. Epiſt. 119. ad Januar. cap. 7. *In ſervitute*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

*Veteris populi multa ſervari imperata ſunt quæ nobis tantummodo intelligenda tradun-tur. Non itaque dies obſervamus & annos & menſes & tempora, ne audiamus ab Apo-ſtolo: Timeo ne forte ſine cauſa laboraverim in vobis.*cap. 9. *Quare ſeptem dies Geneſim le-gens, invenies ſeptimũ ſine veſpera, quia re-quiẽ ſine fine ſignificat. Prima vita non fuit ſempiterna requies peccanti.*—Cap. 10. *Sab-batum commendatum eſt priori populo in oci corporali temporaliter & ut figura eſſet ſan-ctificationis in requiem Spiritus Sancti.* Cap. 11. *Quia ergo ſanctificavit diem ſepti-mum, in quo requievit, tertio præcepto legis inſinuatur, quod ſcriptum eſt de obſervatio-ne Sabbati, non ut jam in iſta vita nos quie-ſcere exiſtimemus, ſed ut omnia, quæ bene operamur, non habeant intentionem, niſi in futuram requiem ſempiternam.* Cap. 12. *Ideoque inter omnia illa decem præcepta ſo-lum ibi, quod de Sabbato poſitum eſt, figura-tè obſervandum præcipitur. quam figuram nos intelligendam, non etiam per ocium cor-porale celebrandam ſuſcepimus. Cùm enim Sabbato ſignificetur ſpiritalis requies, de qua dictum eſt in Pſalmo:* Pſ. 45. h. e. 46:11. *Vacate & videte: quoniam ego ſum Deus, & quò vocantur homines ab ipſo Domino dicen-te: Venite ad me omnes, qui laboratis & fa-tigati eſtis, & ego vos reficiam. Tollite ju-gum meum ſuper vos & diſcite, quia mitis*

ſum

[...]um & humilis corde & invenietis requiem [a]nimabus veſtris. Cætera tamen præcepta [p]roprie, ſicut præcepta ſunt, ſine ulla figurata [ſ]ignificatione obſervamus. — Obſervare [t]amen diem Sabbati non ad literam jube[mu]r ſecundùm ocium ab opere corporali, [ſ]icut obſervant Iudæi: & ipſa eorum obſer[v]atio, quia ita præcepta eſt, niſi aliam quan[d]am ſpiritalem requiem ſignificat, ridenda [i]udicatur. Vnde non inconvenienter intel[l]igimus, ad amorem excitandum, quo ad [r]equiem tendimus, valere omnia, quæ figu[r]atè in Scripturis dicuntur, quandoquidem [n]on ſolùm in decalogo figuratè præcipitur, [u]bi requies commendatur, quæ ubique ama[t]ur, ſed in ſolo Deo certa & ſancta inveni[t]ur. Cap. 13. *Dies tamen dominicus non [I]udæis ſed Chriſtianis reſurrectione Domini declaratus eſt, & ex illo habere cæpit feſtivi[t]atem ſuam.* Tom. 3. de doctrina Chriſtia[n]a. cap. 5. *Cum figuratè dictum ſic accipi[t]ur, tanquam propriè dictum ſit, carnaliter [ſ]apitur. Neque ulla mors animæ congruen[t]ius appellatur, quàm cùm id etiam, quod in ea beſtiis antecellit, hoc eſt, intelligentia, carni ſubjicitur, ſequendo literam. Qui enim ſequitur literam, tranſlata verba ſicut propria tenet: neque illud, quod proprio verbo ſignificatur, refert ad aliam ſignificationem. Sed, ſi Sabbatum audierit, verbi gratia, non intelligit niſi unum diem de ſeptem,*

qui

qui continuo volumine repetuntur, &c. De Geneſi ad literam lib. 4. c. 11. *Quapropter juſtiſſima ratione compellimur indagare, ſi valeamus, atque eloqui, quomodo utrumque ſit verum, &, quod hic ſcriptum eſt, in ſeptimo die requieviſſe Deum ab omnibus operibus ſuis, quæ fecit, &, quod in* Euangelio *dicit ipſe, per quem facta ſunt omnia, Pater meus uſque nunc operatur & ego operor. Eis enim hoc reſpondit, qui propter requiem Dei Scripturæ hujus auctoritate antiquitus commendatum Sabbatum ab eo non obſervari querebantur. Et dici quidem probabiliter poteſt, obſervandum Sabbatum Iudæis fuiſſe præceptum in umbra futuri: quæ ſpiritalem requiem figuraret, quam Deus exemplo hujus quietis ſuæ fidelibus bona opera facientibus arcana ſignificatione pollicebatur. Cujus quietis & ipſe dominus Chriſtus, qui non niſi quando voluit paſſus eſt, etiam ſepultura ſua myſterium confirmavit. Ipſo quippe die Sabbati requievit in ſepulchro, eumque diem habuit ſanctæ cujuſdam vacationis, poſteaquam die ſexto, id eſt, paraſceve, quem dicunt ſextum Sabbati, conſummavit omnia opera ſua, cum de illo, quæ ſcripta ſunt, in ipſo crucis patibulo complerentur. Nam & hoc verbo uſus eſt, quando ait, Conſummatum eſt, & inclinato capite reddidit ſpiritum. Quid ergo mirum, ſi Deus iſtum diem, quo erat Chriſtus in ſepulchro*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

bro quieturus, volens etiam hoc modo præ-
unciare, ab operibus ſuis in uno die requie-
vit, deinceps operaturus ordinem ſeculorum.
Cap. 13. Iam verò tempore gratiæ revelatæ
bſervatio illa Sabbati, quæ unius diei va-
atione figurabatur, ablata eſt ab obſerva-
ione fidelium. In ea quippe gratia perpe-
uum Sabbatum jam obſervat, qui ſpe fu-
uræ quietis operatur quicquid boni opera-
ur, nec in ipſis bonis operibus ſuis, quaſi ha-
ens bonum, quod non acceperit, gloriatur.
a enim tanquam diem Sabbati, hoc eſt, do-
inicæ ceſſationis in ſepultura ſuſcipiens,
tque intelligens baptiſmi ſacramentum,
uieſcit à priſtinis operibus ſuis, ut jam in
ovitate vitæ ambulans Deum in ſe operari
ognoſcat. Cap. 14. Denique ipſe nec, cum
reavit, defeſſus, nec, cum ceſſavit, refectus
ſt, ſed nos voluit per ſcripturam ſuam ad
uietis exhortari deſiderium, intimando no-
is, eum diem ſe ſanctificaſſe, in quo quievit
b omnibus operibus ſuis. Nam nuſquam
mnium ſex dierum, quibus creata ſunt
mnia, legitur aliquid ſanctificaſſe, nec ante
pſos ſex dies, ubi ſcriptum eſt, à principio
ecit Deus cœlum & terram, additum eſt,
& ſanctificavit: ſed diem iſtum, in quo re-
uievit ab omnibus operibus ſuis, quæ fecit,
anctificare voluit, tanquam & apud ipſum,
ui nihil in opere ſuo laborat, plus quies quàm
peratio valeat, &c. & cap. 18. Perfecta crea-
tura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

tura habet quoddam initium ſuæ converſionis ad quietem creatoris ſui. — Et ideo non abſurdè intelligitur, ſexto die completo, poſt ejus veſperam factum eſſe mane, non quo ſignificaretur initium condendæ alterius creaturæ, ſicut in cæteris, ſed quo ſignificaretur, initium manendi & quieſcendi totius, quod conditum eſt, in illius quiete, qui condidit. Quæ quies Dei nec initium habet nec terminum: creaturæ autem habet initium, ſed non habet terminum: & ideò ſeptimus dies eidem creaturæ cæpit à mane, ſed nullo veſpere terminatur. De ſpiritu & litera cap. 15. — *non fruſtra illo die populus ab omni opere ſervili abſtinere præceptus eſt, quo ſignificatur peccatum, niſi quia non peccare ſanctificationis eſt, hoc eſt muneris Dei per Spiritum Sanctum. quod in lege, quæ duabus lapideis tabulis conſcripta eſt, ſolum inter cætera in umbra figuræ poſitum eſt, in qua Iudæi Sabbatum obſervant: ut hoc ipſo ſignificaretur, tempus tunc fuiſſe occultandæ gratiæ, quæ Novo Teſtamento fuerat per Chriſti paſſionem tanquam ſciſſione veli revelanda.* Tom. 4. Quæſtionum l. 2. c. 172. *Ex decem præceptis hoc ſolum præcepit, quod figuratè ibi dictum eſt. alia quippe novem, ſicut præcepta ſunt, etiam in Novo Teſtamento obſervanda minimè dubitamus. Illud autem unum de Sabbato uſque adeò figurata diei ſeptimi obſervatione apud Iſraë-*

litas

[...]itas velatum fuit, & in myſterio præceptum [...]uit, & quodam ſacramento figurabatur, ut [h]odie à nobis non obſervetur, ſed ſolùm, quod [ſ]ignificabat, intueamur, &c. Quæſtiones [e]x N. T. c. 31. *Solvit ſanè Sabbatum ſal[...]vator, ſed ſine præjudicio dati Sabbati. Cum [e]nim Sabbati jam tempus ceſſaret, Iudæi au[t]em, Sabbatum adhuc manere aſſererent, [S]alvator Sabbatis operans & infirmo lectum [s]uum Sabbatis portare præcipiens, ſecundùm [s]enſum Iudæorum Sabbatum ſolvebat.* Vide [e]undem in expoſitione epiſtolæ ad Galatas [f]ol. 273. A. editionis Pariſ. Chevallon. Tom. 5. De civitate Dei lib. 22: c. 30. *Quid ſine illo fecimus, niſi quod in ira ejus [d]efecimus? A quo refecti & gratia majore [p]erfecti vacabimus in æternum, videntes, [q]uia ipſe eſt Deus, quo pleni erimus, quan[...]do ipſe erit omnia in omnibus. Nam & ipſa [...]bona opera noſtra, quando ipſius potiùs intel[...]liguntur eſſe, quàm noſtra, tunc nobis ad hoc Sabbatum adipiſcendum imputantur, quia, [ſ]i nobis ea tribuerimus, ſervilia erunt: [q]uum de Sabbato dicatur: Omne opus ſervi[...]le in eo non facietis. Propter quod & per Ezechielem Prophetam dicitur: Et Sabbata mea dedi eis in ſignum inter me & inter eos, ut ſcirent, quia ego dominus, qui ſanctifico eos*, &c. Tom. 6. Contra Adimantum cap. 2. *Sabbatum non repudiatum ſed intellectum à Chriſtianis deſtitit quidem car-*

 naliter

naliter obſervari, ſed ſpiritualiter retinetur à ſanctis, qui intelligunt vocem Domini vocantis ad requiem & dicentis, Venite ad me, qui laboratis, & ego vos reficiam. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum leve eſt, & ſarcina mea levis eſt. Hoc Sabbatum, id eſt, hanc requiem Scriptura illa ſignificat quam Iudæi non intelligebant, & pro temporum ratione carnaliter ſequebantur umbram: cujus umbræ quaſi corpus, id eſt, veritas nobis danda erat. Sed, Quemadmodum illa requies Dei poſt fabricatum mundum inſinuatur; ſic requiem, quæ nobis promittitur, poſt opera, quæ in hoc mundo habemus, conſequemur: ſeptima ſcil. eademque ultima parte ſeculi. de qua longum eſt diſputare. Et cap. 16. *Nos quoque & dominicum diem & paſcha ſolenniter celebramus, & quaſlibet alias Chriſtianas dierum feſtivitates. Sed, quia intelligimus, quò pertineant, non tempora obſervamus, ſed quæ illis ſignificantur temporibus.—Repudiamus itaque temporum obſervationem cum Apoſtolo, & temporalium ſignorum intelligentiam tenemus cum Apoſtolo: duorumque teſtamentorum differentiam ſic probamus, ut in illo ſint onera ſervorum, in iſto gloria liberorum.—Interpretatur Apoſtolus Sabbatũ apud Hebræos, cum dicit, Remanet*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

igitur ſabbatiſmus populo Dei. Contra Fauſtum Manichæum l. 6. c. 4. *Ceſſationem Sabbatorum jam quidem ſupervacuam ducimus ad obſervandum, ex quo SPES REVELATA EST noſtræ quietis æternæ: non tamen ad legendum & intelligendum.* Lib. 16. c. 28. *Tu Apoſtolo reſponde ſi potes, qui vacationem ipſius diei umbram futuri eſſe teſtatur.* Et c. 29. *Sabbatum — niſi & ipſum inter prophetias, quæ de Chriſto ſcriptæ ſunt, haberet intellectum, non ei Chriſtus ſic atteſtaretur: qui cum propria voluntate pateretur, id egit, ut caro ejus in ſepultura Sabbato requieſceret ab omnibus operibus ſuis: ut tertio die reſurgens, quem dominicum dicimus, qui poſt Sabbatum numeratur octavus, etiam circumciſionem octavi diei ad ſe prophetandum pertinere declararet.* Tom. 7. contra duas epiſt. Pelag. ad Bonifac. l. 3. cap. 4. fol. 185. *Chriſtus nobis abſtulit illud graviſſimum multarum obſervationum jugum, ne carnaliter circumcidamur, ne pecorum victimas immolemus, ne Sabbato ſepteno dierum volumine redeunte ab operibus etiam neceſſariis quieſcamus, & cætera hujuſmodi; ſed ea ſpiritaliter intellecta teneamus, remotiſque umbris ſignificantibus, in rerum ipſarum, quæ ſignificantur, luce vigilemus.* Tom. 8. in Pſalm. 32. *Obſerva diem Sabbati, non carnaliter, non Iudaïcis deliciis,*

qui ocio abutuntur ad nequitiam. Meliùs enim utique tota die foderent, quàm tota die ſaltarent. Sed tu cogitans requiem in Deo tuo & propter ipſam requiem omnia faciens abſtine ab opere ſervili. Omnis enim, qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. Vide etiam ad Pſalm. 91. & 92. tract. 3. in Joh. fol. 6. L. & tract. 17. *Signum obſervandi unius diei ad tempus datum eſt — Iudæis, impletio verò ipſa ſacramenti in illo venit.* Et tract. 20. in initio. Et de decem chordis. *Dicitur tibi, ut ſpiritaliter obſerves Sabbatum, non quomodo Iudæi obſervant Sabbatum carnali ocio. Vacare enim volunt ad nugas atque luxurias ſuas. Meliùs enim faceret Iudæus in agro ſuo aliquid utile, quàm in theatro ſeditioſus exiſteret. Et meliùs fœminæ eorum die Sabbati lanam facerent, quàm tota die in Neomeniis ſuis impudicè ſaltarent. Tibi autem dicitur, ut obſerves ſpiritaliter Sabbatum, in ſpe futuræ quietis, quam tibi promittit dominus. Quiſquis autem propter illam quietem futuram agit, quicquid poteſt, quamvis laborioſum videatur, quod agit, tamen ſi ad fidem promiſſæ quietis id refert, nondum quidem Sabbatum habet in re, ſed habet in ſpe.* Vide & de convenientia 10. præceptorum & 10. plagarum c. 3. fol. 236. tom. 9. edit. Pariſienſ. Chevallonii 1531. Tom. 10. De verbis Apoſtoli ſerm. 15. fol. 68. I. *Qui* [dies] *vocatur*

vocatur dominicus, ipſe videtur ad Dominum pertinere, quia eo die dominus reſurrexit. Et fol. 238. K. Dominicum ergo diem Apoſtoli & apoſtolici viri ideò religioſa ſolennitate habendum ſanxerunt, quia in eodem refertur noſtra à mortuis reſurrectio. quique ideo dominicus appellatur, ut in eo à terrenis operibus vel mundi illecebris abſtinentes tantum divinis cultibus ſerviamus, dantes ſcilicet huic diei honorem & reverentiam propter ſpem reſurrectionis noſtræ, quam habemus in illa. Nam ſicut ipſe dominus I. C. & ſalvator reſurrexit à mortuis, ita & nos reſurrecturos in noviſſimo die ſperamus. Apparet autem, hunc etiam in Scripturis ſanctis eſſe ſolennem. Ipſe enim eſt primus dies ſeculi, &c. Ac ideò ſancti doctores Eccleſiæ decreverunt omnem gloriam Iudaïci ſabbatiſmi in illam transferre, ut quod ipſe in figura, nos celebraremus in veritate, &c. ſequeſtrati ab omni rurali opere & ab omni negocio ſoli divino cultui vacemus.

XXIX. PAULLINUS De diebus Feſtis.

Inde bonus Dominus, cunctos pietatis ut ales
Contegat, invalidis niti virtutis ad arcem
Congrua ſanctorum dedit intervalla dierum,

Vt ſaltem officiis mediocribus ultima Chriſti
Veſtimenta legant & eos ſacra fimbria ſanet,
Qui non extorres penitus regione ſalutis
Intra perpetuæ ſtabulant præſepia vitæ
Longinqui primis, non longo fine ſecundis.
Primus enim gradus eſt cœlo pertexere cunctos
Continua bonitate dies & tempore toto
Paſcha ſacrum Chriſti cultu celebrare pudico.
Quòd ſi mixta ſeges tribulis mihi germinat, & cor
Incultum ſtimulet terreni ſpina laboris,
Vel feſtis Domino ſtudeam me offerre diebus,
Vt vel parte mei tangam confinia vitæ,
Corpore ne toto trahar in conſortia mortis.

XXX. CYRILLUS ALEXANDRINUS tom.1. de adorat. in ſpirit. & veritate lib.17. p.260. Ἐπιδημήσαντος δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ διὰ μέσου εἰς πόνους ἀνέδραμεν εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς κατὰ τὴν ὀγδόην, τουτέστι, μετὰ τὸν ἐν νόμῳ σαββατισμόν, ἤτοι τοῦ νομικοῦ χρόνου τὸ πλήρωμα, καὶ τὸν δυσαχθῆ καὶ βέβηλον τῆς ἁμαρτίας ζυγὸν τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἀπελάσαντες μοχθηρίας ἁπάσης ἀποπεπαύμεθα καλοῦντος ἡμᾶς διὰ πίστεως εἰς τοῦτο τοῦ Χριστοῦ — οὐκοῦν ἀνάπαυσις μὲν ἡ περάτη τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα τὸν ἐν ἀρχαῖς τοῦ ἀνθρώπου καιρὸν ὑποφαί-

ποφαίνουσι. ἀνάπαυσις δὲ ὁμοίως καὶ ἡ ὀγδόη καθ᾽ ᾗ ἀνεβίω Χριστὸς, προσηλώσας τῷ ἰδίῳ σταυρῷ τὸ καθ᾽ ἡμῶν χειρόγραφον, καὶ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα ἡμᾶς θανάτου καὶ ἁμαρτιῶν ἐξελὼν ποινῆς ἀπαλλάξῃ καὶ πόνων, καὶ τὴν ἐν ἀρχαῖς ἀνάπαυσιν δι᾽ αὐτοῦ κερδάνωμεν. *Chriſtus verò cùm advenisſet, etiam id, quod interceſſit, ad labores, reparavit in priſtinum in octava, h. e. poſt legis ſabbatiſmum, aut plenitudinem legalis temporis, & moleſto ac profano peccati jugo ab anima depulſo à nequitia omni requievimus, ad hoc nos vocante Chriſto, Matth. 11. 28. Igitur quies quidem eſt prima hebdomadis dies, priſtinum hominis tempus oſtendens. requies item octavus, in qua revixit Chriſtus, quum cruci ſuæ chirographum, quod contra nos erat, affixiſſet; & unus pro omnibus mortuus eſt, ut nos ex morte & peccatis ereptos à pœna & labore liberaret, & priſtinam quietem per ipſum lucraremur.* Tom. 2. lib. 5. in Eſaiam p. 790.

Τοῖς φυλάττουσι τὰ σάββατα αὐτοῦ, Χριστοῦ δηλονότι· ἕτερα δὲ, ὡς ἔφην, τὰ αὐτοῦ σάββατα παρὰ τοῦ νόμου. τὰ μὲν γὰρ ἦν ἐν τύποις, τὰ δὲ τὴν τῆς ἀληθείας καταφαιδρύνεται χάριν. καὶ ἐπὶ τοῖς ἐπιλεξαμένοις [ἃ] αὐτὸς βούλεται, καὶ ἀντεχομένοις τῆς διαθήκης αὐτοῦ. βούλεται δὲ Χριστὸς οὐ τὰ ἐν σκιαῖς καὶ γράμμασι νομικοῖς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῇ διαθήκῃ τῇ παρ᾽ αὐτοῦ· δῆλον δὲ ὅτι τῇ νέᾳ τε καὶ εὐαγγελικῇ. *Obſervantibus Sabbata ejus, Chriſti ſcilicet. Alia verò ſunt, uti dixi,*

ejus Sabbata, quàm legis. Hæc namque in typis erant ſita: illa veritatis pulchritudine illuſtrantur. Et . . iis, qui elegerint, quæ ipſe vult, ac tenuerint teſtamentum ſuum. Chriſtus autem vult, non quæ in umbris & literis legalibus conſiſtunt, ſed quæ ad Teſtamentum ſuum pertinent, novum ſcilicet & Euangelium. Et pag. 827. ad Eſ. 58. Πράους οὖν ἄρα καὶ τελείαν ὅσην ἔχοντας τὴν ἀρετὴν εἶναι βούλεται ὁ θεὸς τοὺς σαββατίζοντας νοητῶς καὶ ἁγίως καὶ τρυφερῶς. *Eos igitur, qui ſabbatizant intelligibiliter, ſanctè & delicatè, mites vult eſſe Deus & plurimis virtutibus præditos.* Tom. 4. In Joann. Euang. p. 208. Ἐν σαββάτῳ τὸν ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ Χριστὸς, ὑγιαθέντα δὲ παραχρῆμα τὴν νομικὴν ἐπιτάττει παραλύειν συνήθειαν, περιπατεῖν ἀναπείθων ἐν σαββάτῳ καὶ τοῦτο τῷ κλινιδίῳ πεφορτισμένον· καίτοι διαῤῥήδην βοῶντος τοῦ θεοῦ δι᾽ ἑνός που τῶν ἁγίων προφητῶν· καὶ οὐκ ἐξοίσετε βαστάγματα ἐξ οἰκιῶν ὑμῶν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου· καὶ οὐ δήπου φήσειεν ἄν τις, ὅς γε σωφρονοίη, καταφρονητήν τινα καὶ ἐξήνιον τῶν θείων ἐνταλμάτων ἀποτελεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ ὡς ἐν τύπῳ τοῖς Ἰουδαίοις φανερὸν ἐποίει Χριστὸς, ὅτι θεραπευθήσονται μὲν δι᾽ ὑπακοῆς καὶ πίστεως ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς. Τοῦτο γὰρ οἶμαι τὸ σάββατον δηλοῦν, τελευταίαν οὖσαν τῆς ἑβδομάδος ἡμέραν. κομισάμενοι δὲ ἅπαξ τὴν διὰ πίστεως θεραπείαν καὶ εἰς καινότητα μεταῤῥυθμισθέντας ζωῆς τὸ μὲν τοῦ νομικοῦ γράμματος παλαιότητα παρ᾽ οὐδὲν ἀνάγκη ποιεῖσθαι, παραι-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

τεῖσθαι δὲ τὴν ὡς ἐν σκιαῖς αἰνιγματώδη λατρείαν. ἐντεῦθεν, οἶμαι, λαβόντα τοῦ λόγου τὰς ἀφορμὰς καὶ τὸν μακάριον ἐπιστεῖλαι Παῦλον τοῖς μετὰ τὴν πίστιν παλινδρομοῦσιν ἐπὶ τὸν νόμον, λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. καὶ πάλιν· κατηργήθητε ἀπὸ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. *In Sabbato Chriſtus hominem ſanat, ſanatum verò ſtatim obſervationem legalem ſolvere jubet, ſuadens ut in Sabbato iter faciat idque lectulo oneratus, licèt diſertè clamet Deus per prophetam: Neque exportabitis die Sabbati pondera è domibus veſtris, Ier. 17. Neque verò dixerit quiſquam ſanæ mentis, hominem illum fieri contemtorem & aſpernatorem divinorum præceptorum. Chriſtus verò in typo Iudæis oſtendebat, eos ſanatum iri per obedientiam & fidem in extremis ſeculi temporibus. Hoc enim puto Sabbatum ſignificare, quæ eſt ultima ſeptimanæ dies. Per fidem verò ſanatos & in novitatem vitæ reformatos literæ legalis vetuſtatem neceſſe eſt non curare, & ænigmaticum cultum, in umbris, rejicere. Hinc puto & B. Paulum cepiſſe ſermonis occaſionem, quum iis, qui poſt fidem ad legem recurrebant, dicit, Si circumcidamini, Chriſtus vobis non proderit. Et, Evacuati eſtis à Chriſto, qui in lege juſtificamini, gratia excidiſtis.* Et pag. 212. Φέρε δὴ καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν λαβόντες γράμματα ἐπιδεικνύωμεν ἐναργῶς καὶ πάλαι προαναζωγραφού-

μένοι· ὡς ἐν τύπῳ τὸν Ἰησοῦν ἀδιαφοροῦντα περὶ τὸ σάββατον. *Oſtendamus ex ſacris, & olim velut in typo depictum Ieſum Sabbati diſcrimen non habentem* In Joſua Jeſum depictum intelligit. lib. 4. in Johan. pag. 424. Καταλύοντα τοίνυν καὶ μονονουχὶ τῶν ἐπὶ τῇ δημιουργίᾳ πόνων καταλήξαντα τὸν δημιουργὸν ἀπομιμούμενοι καὶ αὐτοὶ τῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ καμάτων ἀποπαύσονται πρὸς τρυφὴν ἀναβαίνονται τὴν ἐπὶ τέλει τῶν αἰώνων δοθησομένην παρὰ Χριστῷ. καὶ εἰς τοῦτον οἶμαι συντετάχθαι τὸν σκοπὸν τὴν ἐν τῷ σαββάτῳ διατεταγμένην ἀργίαν. *Quieſcentem & tantùm non à laboribus creationis ceſſantem opificem imitantes & ipſi à laboribus hujus vitæ requieſcent ad delicias evecti, quæ in fine ſeculorum à Chriſto dabuntur. Et in hunc ſcopum opinor tetendiſſe ocium, quod Sabbato agendum præceptum erat.* Et plura ibi. & p. 425. τί οὖν, ὦ βέλτιστε, φησὶν, οὐκ εἰσκεκόμικεν ὁ Ἰησοῦς τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας; οὐ κατέπαυσε καὶ ἐσαββάτισεν ἐν αὐτῇ; Ναί, φησιν, ἀλλ' ὡς ἐν τύπῳ ἀληθινῶν καὶ μιμήματι. *Quid igitur, dices, An Ieſus non introduxit populum in terram promiſſionis? non quievit & ſabbatiſavit in ea? Vtique, inquit, ſed ut in typo verorum & figura.* Agit de loco Hebr. 4:8. p. 426. Τὴν ἄπονον τῶν ἁγίων ζωὴν ἡ ἀργία δηλοῖ. *Sanctorum vitam laborum expertem ceſſatio Sabbatica ſignificat*, &c. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ συλλέγων ἐν σαββάτῳ τὰ ξύλα λιθόλευστος τελευτᾷ, ὡς ἀδικήσας ἐν τῷ τύπῳ τὸν

ἀλή-

ἀλήθειαν. *Quapropter &, qui Sabbato ligna collegerat, lapidibus obrutus occidit, ut qui in typo veritatem violaſſet.* Sic p. 427. ubi dicit Τὸν ἐν ἐλπίσι σαββατισμόν. *Speratum ſabbatiſmum.* Et p. 429. Δικαιωθέντες ἐν Χριστῷ διὰ τῆς πίστεως εἰς τὸν ἀληθῆ καὶ ἅγιον ἀναβησόμεθα σαββατισμὸν τὴν διὰ τῆς χάριτος ἐλευθερίαν ἠμφιεσμένοι καὶ ἀγαθοῖς τοῖς θεόθεν λελαμπρυμένοι. *Iuſtificati in Chriſto per fidem in verum & ſanctum ſabbatiſmum aſcendemus libertatem, quæ eſt per gratiam, induti & divinis bonis ornati.* Lib. 6. p. 601. Ἐν σαββάτῳ γε μὴν τὰ τῆς θεραπείας τελεῖται τύπον ἡμῖν ἐν τούτοις ἀποπληροῦν ἰσχύοντος τοῦ σαββάτου τοῦ τελευταίου καιροῦ τοῦ παρόντος αἰῶνος, καθ' ὃν τοῖς ἔθνεσιν ἐπέλαμψεν ὁ σωτήρ. τέλος μὲν ἑβδομάδος τὸ σάββατον· ἐπιδεδήμηκε δὲ καὶ ἐπεφάνη πᾶσιν ἡμῖν ὁ μονογενὴς ἐν ἐσχάτῃ ὥρῃ καὶ ἐν τελευταίοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς. *In Sabbato ſanatio* [cæci] *facta eſt in quibus Sabbatum poteſt præſtare typum ultimi temporis hujus ſeculi, in quo gentibus illuxit Salvator. Finis hebdomadæ Sabbatum eſt. Vnigenitus verò venit & omnibus illuxit ultima hora & poſterioribus ſeculi temporibus.* Tom. 5. part. 2. homil. 6. de feſtis paſchalib. p. 72. Κατὰ τὴν ὀγδόην ἡμέραν, τουτέστι μετὰ τὸν ἐν νόμῳ σαββατισμόν. οὗτος γάρ ἐστι τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας καιρός· ἐπεὶ καὶ τέλος νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός. διὰ ταύτην, οἶμαι, τὴν αἰτίαν, μᾶλλον δὲ ἀκριβέστερον εἰπεῖν ἡ ὀγδόη παρ' ἡμῖν

κυριακὴ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

κυριακὴ ὠνόμασται, ὡς εἰς τέλος μὲν ἤδη τὸν τοῦ νόμου καιρὸν κατακλείουσα, ἀρχὴν δὲ ἡμῖν κυριακῶν εἰσφέρουσα χρόνων, ἐν οἷς γέγονε τὰ πάντα καινά. *Octava die, h. e. poſt legalem ſabbatiſmum. Hoc enim eſt tempus adventus Salvatoris. ſiquidem finis legis & prophetarũ Chriſtus. Propter hanc, opinor, cauſam, potiùs verò ut accuratius loquar, octava apud nos dominica nominata eſt, ut quæ jam tempus legis in finem includat, & nobis principium invehit dominicorum temporum, in quibus omnia facta ſunt nova.* Idem pag. 74. 75. literam legis examinat, ut in ſe ratione carentem, niſi altius quid per eam doceatur. Inter cætera: Φέρε δὴ γὰρ τὴν ἐπὶ τῷ κατὰ σάββατον λόγῳ τοῦ πράγματος φύσιν, ὅπως ἂν ἔχοι διασκεψώμεθα καὶ λεπτομερέστερον βασανίζοντες τοῦ λόγου τὴν δύναμιν ἴδωμεν, εἰ μὴ μωρίας ἀνάπλεως κἂν τούτῳ πάλιν ὁ τῶν Ἰουδαίων ἁλίσκεται νοῦς. *Age rei ipſius naturam conſideremus & ſubtiliùs examinantes ſermonis vim videamus, annon ſtultitiæ plenus etiam in hoc deprehendatur Iudæorum ſenſus?* Et poſt multa: Τί δὲ, εἰπέ μοι, τὸ λυποῦν, ὀψοποιεῖσθαί τινα τὸ καθ' ἡμᾶς, ἢ ἀλφιτουργεῖν ἐν σαββάτῳ, ἢ τί τὸ κωλύον τὰς ἑτέρας τοῦ σώματος ἀποσχεδιάζεσθαι τροφάς; νυνὶ δὲ ὥσπερ τι μέγα καὶ περισπούδαστον ὁ νόμος ἡμῖν εἰσηγούμενος ἔργου μὲν ἀπείργει παντὸς, &c. *Quodnam autem, quæſo te, incommodum eſt, ſi quis cibum paret Sabbato? Atqui lex nobis ut magnum*

quip-

uippiam & minimè negligendum commen-
at, ne quid operis faciamus. Et, Ἁμαρτίαι
ὲν οὐκ εἰσὶ τὰ ἐν σαββάτῳ κεκωλυμένα· χαριε-
άτην δὲ μᾶλλον ἡμῖν ἀνατίκτουσι πραγμάτων
ἰκόνα. *Peccata non ſunt, quæ Sabbato agi*
vetantur. ſed pulcherrimam nobis gignunt
erum imaginem. Et p. 76. Προκείσεται δὲ τῶν
ἄλλων ὁ περὶ τῆς ἀργίας λόγος διπλοῦν ἔχων θεώ-
ημα. *Ante omnia ſermo de ocio nobis propo-*
etur duplicem habens conſiderationem.
Nempe 1. ut Judæi ad cultum Solis & ſtel-
arum proclives cogerentur ſingulis hebdo-
madibus fateri rerum omnium creationem.
Συμβέβηκε τοίνυν διὰ τῆς κατὰ τὸ σάββατον ἀργίας
ῃ τὸν περὶ τῆς θεότητος εἰσφέρεσθαι λόγον τοῖς ἐξ
σραὴλ καὶ τὸν ἁπάντων τεχνίτην τε καὶ δημιουργὸν ἐπι-
νώσκεσθαι φύσιν, καὶ τὴν τῶν ὁρωμένων στοιχείων οὐκ
γνοεῖσθαι δουλείαν. *Evenit igitur, ut per Sab-*
ati ocium ſermo divinitatis in Iſraëlem in-
ferretur, & omnium opifex & artifex natu-
a cognoſceretur, & elementorum conſpica-
ilium non ignoraretur ſervitus. Pag. 77.
.. Σημαίνει ἡ κατὰ τὸ σάββατον ἀργία καὶ ἡ τῶν ἔργων
ἀπόθεσις τὴν ἐσομένην ἐπὶ τέλει τῶν ἁγίων κατάπαυ-
σιν, &c. *Significat ocium Sabbati & ope-*
rum abjectio quietem ſanctorum, quæ in fine
rit, &c. Et p. 78. de Paulo: Τὴν μὲν τυπι-
κὴν ἀργίαν τὴν κατὰ τὸ σάββατον λέγων τὴν διὰ τοῦ
ομικοῦ γράμματος εἰσφερομένην οὐδὲν μὲν ὅλως
εἶναί φησιν· εἰκόνα δὲ μᾶλλον τύπου τῶν ἐν ἐλπίσιν
ἀγαθῶν. *Typicum ocium Sabbati, quod per*
literam

literam infertur, nihil eſſe, ſed imaginem exprimere bonorum ſperatorum, dicens.

XXXI. THEODORETUS in Geneſin. κα. Εὐλόγησεν οὖν καὶ αὐτὴν [τὴν ἑβδόμην] ἅτε τὰς μὲν λοιπὰς τῷ τι ποιῆσαι ἐν αὐταῖς τιμήσας, ταύτην δὲ τῷ ἔλεγχον εἶναι τοῦ πεπληρῶσθαι τὴν κτίσιν. Διὰ τοῦτο καὶ ἡγίασεν αὐτὴν εἶπεν. ἀντὶ τοῦ ἀφώρισεν πρὸς τοῦτο, ὡς τῇ ἐπ᾽ αὐτῆς ἀργίᾳ δεικνὺς τὸ τῆς κτίσεως πέρας. *Benedixit igitur etiam ipſam* [ſeptimam] *quippe quum reliquas aliquid faciendo honoraſſet, hanc autem eo honoravit, quòd eſt argumentum abſolutæ conditionis. Quapropter etiam ſanctificavit eam, h. e. ſeparavit ad hoc, utpote ceſſando in ea oſtendens creationis finem.* In Exod. λβ. Διὰ τί ἐν τοῖς σάββασιν οὐ παρέχε τὸ μάννα; ἐπειδὴ μόνοις τοῖς σαββάτου τὴν ἀργίαν ἐνομοθέτησεν, ἔργῳ αὐτοὺς ἐδίδασκε φυλάττειν τὴν ἐντολήν. μβ. Διὰ τί τὸ σάββατον τῇ ἀργίᾳ τετίμηκεν; φιλανθρωπίᾳ τὸν λαὸν ἐξεπαίδευσεν. μγ. Καὶ διὰ τί μὴ ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ τοῦτο γενέσθαι προσέταξεν; τοῦτο αὖτις εἶπε καὶ περὶ ἄλλης ἡμέρας, τί δήποτε ταύτην ἐξελέξατο καὶ οὐχ ἑτέραν. εἶχε δ᾽ ὅμως αὕτη λόγον τινὰ πεῖσαι δυνάμενον τὴν Ἰουδαίων ὠμότητα, τὸ τὸν τῶν ὅλων θεὸν ἐν ἓξ ἡμέραις τὰ πάντα δημιουργῆσαι, ἐν δὲ τῇ ἑβδόμῃ μηδὲν ποιῆσαι, εὐλογίᾳ δὲ ταύτην τιμῆσαι. 32. *Quare in Sabbatis non præbuit manna? Quandoquidem ſolis ocium Sabbati lege injunxerat, opere eos docuit obſervare præceptum. 42. Quare Sabbatum ocio honoravit? Ad huma-*

umanitatem populum formavit. 43. *Et uare non in alio die hoc fieri juſſit? Hoc tiam quis dixerit de alio die, quare hanc & non aliam elegit? Habuit nihilominus ac rationem perſuadere valentem Iudæorum crudelitatem, quòd omnium Deus ſex diebus omnia condidiſſet, nihil autem ſeptima feciſſet, ſed eum benedictione honoraſſet.*
ε. Ὥσπερ τῷ Ἀβραὰμ τὴν περιτομὴν διδοὺς ἔφη· καὶ ἔσται εἰς σημεῖον ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν. οὕτω καὶ περὶ σαββάτου νομοθετῶν ἔφη. ἔστι γὰρ σημεῖον ἐν ἐμοὶ καὶ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. τὸ γὰρ καινὸν τῆς πολιτείας ἀεὶ τοῦ νομοθέτου τὴν μνήμην ἀνθεῖν παρεσκεύαζεν. καθάπερ γὰρ τὰς ποίμνας καὶ τὰς ἀγέλας αἱ σφραγῖδες δηλοῦσιν, οὕτω τὰ τῆς τῶν Ἑβραίων πολιτείας ἐξαίρετα καὶ τῶν κακῶν αὐτοὺς ἀπεῖργε καὶ τὸν νομοθέτην [τῷ νομοθέτῃ] προσεδρεύειν ἐδίδασκεν. *Quemadmodum Abrahamo circumciſionem dans dicit; Et erit in ſignum inter me & vos: ita etiam de Sabbato legem ferens dicit: Eſt enim ſignum inter me & filios Iſraël in generationes veſtras. Nam fecit, ut novitas politiæ memoriam legiſlatoris ſemper faceret florere. Quemadmodum enim oves & greges ſigna indicant, ita, quæ Iſraëlitæ habebant in inſtitutis & converſatione eximia, eos & à malis abſtinebant & legiſlatori adhæreſcere docebant.*

XXXII. SEDULIUS oper. paſchal. lib. 4. p. 562. edit. Fabric.

Cœperat interea poſt triſtia Sabbata felix
Irradiare dies, culmen qui nominis alti
A Domino dominante trahit, primuſque videre
Promeruit naſci mundum atque reſurgere Chriſtum.
Septima nam Geneſis cùm dicit Sabbata, claret,
Hunc orbis caput eſſe diem, quem gloria regis
Nunc etiam proprii donans fulgore trophæi
Primatum retinere dedit. —

XXXIII. PROSPER ſentent. 84. *Malè celebrat Sabbatum, qui à bonis operibus vacat. Ocium autem ab iniquitate debet eſſe perpetuum, quia bona conſcientia non inquietum ſed tranquillum facit animum.*

Non recto ſervat legalia Sabbata cultu,
Qui pietatis opus credit in his vetitum.
Nulla dies actus hominum non damnat iniquos,
Omnia conveniunt tempora juſtitiæ.
Nec corrumpantur virtutibus ocia ſancta,
Tantum à peccatis libera corda vacent.

XXXIV. GENNADIUS MASSILIENSIS de Eccl. dogm. c. 53. *Quotidie eucharistiæ communionem percipere, nec laudo, nec vitupero. Omnibus tamen dominicis diebus*

diebus communicandum ſuadeo & hortor, ſi tamen mens ſine affectu peccandi ſit.

XXXV. ISIDORUS HISPALENSIS Orig. lib. 6. cap. 18. *Sabbatum ab Hebræis in interpretatione vocabuli ſui requies nominatur: quòd Deus in ipſo, perfecto mundo, requieviſſet. Siquidem & eo die requievit in ſepulcro Dominus, ut quietis illius myſterium confirmaret: quod Iudæis obſervandum in umbra futuri præceptum eſt. Sed, poſtquam Chriſtus in ſepultura ſua ejus figuram adimplevit, obſervatio ejus quievit. Dominicus dies proinde vocatur: quia in eo reſurrectionis Domini noſtri gaudium celebratur. Qui dies non Iudæis ſed Chriſtianis in reſurrectionem* (l. reſurrectione) *Domini declaratus eſt & ex illo cæpit habere feſtivitatem ſuam. Illis enim ſolum Sabbatum traditum eſt: quia erat ante requies mortuorum. reſurrectio autem illius erat, qui reſurgens à mortuis non moreretur. Poſtquam autem facta eſt talis reſurrectio in corpore Domini, ut præiret in capite Eccleſiæ, quod corpus Eccleſiæ ſperaret in fine, jam dies Dominicus, id eſt octavus, qui & primus, celebrari cæpit.*

XXXVI. GREGORIUS MAGNUS epiſtol lib. 11. cap. 3. Antichriſtus *veniens diem Sabbatum atque dominicum ab omni faciet opere cuſtodiri.* Et: *Nos, quod de Sabbato ſcriptum eſt, ſpiritaliter accipimus, ſpiri-*

ſpiritaliter tenemus. Sabbatum enim requies dicitur. Verum autem Sabbatum ipſum redemtorem noſtrum Ieſum Chriſtum dominum habemus. &, qui lucem fidei ejus agnoſcit, ſi peccata concupiſcentiæ ad mentem per oculos trahit, in die Sabbati onera per portas introducit. Aliud quoque ad me perlatum eſt, vobis à perverſis hominibus eſſe prædicatum, ut dominico die nullus debeat lavari. Et quidem, ſi pro luxu animi ac voluptatis quis lavari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro neceſſitate corporis, hoc nec dominico die prohibemus. Scriptum namque eſt: Nemo carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fovet eam .... Si Dominico die corpus lavare peccatum eſt, lavari ergo die eodem nec facies debet ... Dominico verò die à labore terreno ceſſandum eſt, atque omnimodò orationibus inſiſtendum, ut, ſi quid negligentiæ per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis dominicæ precibus expietur.

SYNOPSIS

Eorum, quæ in teſtimoniis hiſce Veterum ſunt animadvertenda.

I. *Nemo illorum dicit, Adamo mandatum fuiſſe, ut ceſſaret ſeptimo die in ſtatu rectitudinis.*

II. *Nemo dicit, Adamum aut ullum patriarcharum ſabbatizaſſe ſive ociatum eſſe certo die, tanquam propter præceptum, ante Moſen.*

III. *Quidam ſatis antiqui dicunt, Adamum, Enochum, Noachum, Melchiſedecum, Abrahamum non ſabbatizaſſe; ſed* liberum pietatis genus *exercuiſſe. Vnde apparet, eos præceptum de ceſſatione Sabbati ad ſervitutem retuliſſe. Filii autem Novi Teſtamenti ſunt filii illorum, qui in libertate vixerunt. Eſ. 54: 1. Gal. 4: 27.*

IV. *Atque inde probant, ceſſationem non pertinere ad αἰώνια καλὰ, ſive* quæ perpetuo bona ſunt; *qualia ſunt opera, in quibus homo vivit.*

V. *Et hoc fine etiam citant Deut. 5: 2. ubi dicitur, quòd Deus tale fœdus, quale Iſraëli proponebatur in Decalogo, quod quidem præſupponebat promiſſionem, ſed non veritatem promiſſionis; & in quo Sabbatum*

& terra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

& terra Canaan continebatur, non fecerit cum patribus ipſorum. Quod quum faciunt, declarant, in Decalogo eſſe fœdus illud, quod fecit Deus cum Iſraële, quum eum educeret ex Ægypto; quod Iſraël violavit, & quidem ſtatim, ſed non impunè. ut eſt Ierem. 31:32. Quibus aſtipulatur Paulus 2 Cor. 3:3. 6. 7. ſignificans, id, quod tabulis lapideis inſcriptum fuit, non idem eſſe cum Novo Teſtamento, ſed ab illo differre.

VI. *Quod legitur Geneſ. 2:1. de* benedictione & ſanctificatione ſeptimi *diei, id ponunt partim in eo, quòd ſeptimus dies ſit teſtis conſummati operis Dei in creatione hominis & initium illius temporis, quod homo debebat agere in perpetuum in rectitudine imaginis Dei ad gloriam ipſius; partim in eo, quòd Deus eam diem, cujus veſpera veniſſe non legitur, fecerit figuram & teſtimonium beatæ tranquillitatis & ſatietatis, quam homo habiturus erat in æternum in fruitione Dei, ſi conſtanter per ſuos ſex dies operis eum quæſiviſſet: partim in eo, quòd eam diem in hebdomade Deus deſtinaverit ad quietem Salvatoris ab opere Reconciliationis & Redemtionis. Lactantius etiam* ſanctionem Sabbati (*id dicit pro* ſanctificatione) *intelligit determinationem ſeptimi millenarii annorum, in quo juſtitia regnet in terra in hoc ſeculo. Quæ opinio Chiliaſtarum errori eſt affinis. Habet autem opinio*

illa,

lla, quòd ſex diebus creationis reſpondeant ſex annorum millenarii, traducem à Iudæis. qui habent traditionem in Talmude, Mun-dum per ſexies mille annos durare. Qui vult, eam videre poteſt in Baal Turim ad primum verſum libri Geneſeos.

VII. Benedictionem *autem Sabbati po-nunt in ipſa ceſſatione Dei; quia majus ſit beneficium & major honor illius diei, in quo primo apparuit, omnia jam eſſe perfecta, quàm reliquorum præcedentium; qui vel imperfectius aliquid protulerunt, vel perfe-ctionem nondum oſtenderunt.*

VIII. *Per Moſen verò docent injunctam eſſe quietem ſive Ceſſationem diei ſeptimæ hebdomadis, eamque accuratam, ab opere conſueto ſive ſervili; ita ut non excipiatur, niſi opus ſacerdotum in ſanctuario, & Cir-cumciſionis, &, ut Chryſoſtomus dicit,* πλὴν ὧν ποιηθήσεται ψυχὴ, *quod vertimus*, niſi quorum anima fiet. *Poteſt autem & ſic ver-ti*, præter ea, quibus anima fiet: *ut Græca in illum modum conſtruamus & expleamus:* πλὴν ἐκείνων οἷς ποιηθήσεται ψυχή. *Athana-ſius in ſermone de Semente ſic enunciat:* πλὴν ὅτε ὃ ἐπὶ ψυχὴν ποιηθήσεται. *quod vertitur*, niſi quum pro ſervanda anima hoc faciat. *Forte meliùs ibi legas* ἐπὶ ψυχῇ.

IX. *Hanc ceſſationem ſtatuunt eſſe par-tem cultûs, propter præceptum: intellige, ſi per obedientiam in fide ceſſarent,*

X. Ni-

X. *Nihilomimus, eamper ſe cultum eſſe, negant: imò ajunt*, ridiculum judicari, *ſi abſit ſignificatio aut alia ratio.*

XI. *Imperaſſe autem Deum Sabbatum ſive ceſſationem multas ob cauſas.* 1. *Vt Iſraëlitis eſſet documentum, quòd vera animi ſanctitas conſiſtat in quiete, h. e. in Amore.* 2. *Vt cogitarent, ſibi, qui peccatores eſſent, opus eſſe ad ſanctitatem quadam ἀπραξίας ſive ceſſatione à ſuis operibus, h. e. operibus peccatoris. Atque ita ceſſando* confiterentur, *ſuum opus impurum eſſe. Nam*, ubi ceſſatio ſanctificat, opus inquinat. *Nullum autem opus inquinat, niſi peccatum. Ergo voluiſſe Deum, ut ceſſando confiterentur, ſe nunquam non peccare in ſuis operibus.* 3. *Vt peragerent confeſſionem peccati tanquam nondum remiſſi, & ſic ὀνειδισμὸν τοῦ παραπτώματος* exprobrationem lapſus *ſuſtinerent.* 4. *Vt recordarentur creationis poſt ſex dies abſolutæ, atque ita aſſueſcerent unum creatorem cœli & terræ nominare: utque cogitarent de debito ſuo, quod homini à conditione incumbit; nempe ut toto & omni die perſeveret in amore Dei & cultu ejus.* 5. *Vt recordarentur dati Mannæ in deſerto Manna autem eſſe typum Filii Dei deſcendentis de cœlo, tanquam panis veri, qui vitam dat mundo, nemo dubitavit. Recognoſcunt autem, ut Chriſtus ſit panis, eum etiam mori oportuiſſe. Eam que mortem à Spiritu Sancto*

collatam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

collatam fuiſſe in paraſceven; & diem Sabbati à Deo aſſignatam fuiſſe Chriſti quieti à labore animæ ſuæ. quemadmodum octava Circumciſioni cordis per Chriſti reſurrectionem; quæ eſt argumentum juſtificationis, ſive potiùs tanquam juſtificatio & Chriſti & noſtri, qui ſumus ipſius Rom. 4: 25. 6. Vt recordarentur ſervitutis Ægyptiacæ & liberationis ex ea, ac dationis terræ Canaan, ut terræ quietis. Itaque ceſſationem illam communem omnium & herorum & ſervorum docent fuiſſe uſum quendam quietis, quæ præfigurabat meliorem quietem populo præparatam. 7. Vt humani & benigni erga ſervos eſſe diſcerent; & manſuetudinem in ipſis jumentis exercerent. 8. Vt occaſionem haberent conveniendi & verbum Dei retractandi. 9. Vt exſpectarent Chriſtum, quem vocant magnum Sabbatum. *in quo eſt quies à reatu & à peccato, quia & redimit &* ſanctificat. *Athanaſius* ἁγιασμὸν ſanctificationem & καινὴν κτίσιν novam conditionem, & ἀναγέννησιν πάντων omnium regenerationem *& q. reformationem pro eodem capit. Vide p. 192. lin. 6. 9. & 26. Idem animadvertit, in ea quiete contineri ablationem* ὀνειδισμοῦ τοῦ παραπτώματος exprobrationis lapſûs; *quæ fiebat per legem (ut teſtatur epiſtola ad Hebræos cap. 10: 3.) & omniùm, quæ ſunt* τῆς γενέσεως, *h. e. inde conſequuntur, quod ex Adamo naſcimur, ſe-*

cundùm

cundùm legem operum, quæ propter lapſum Adami eſt & in nos facta lex peccati & mortis. *Ita obſervatum eſt, per Sabbati quietem ſignificari ceſſationem à labore manuum h.e. cultu terræ Canaan. Ea enim tradita fuit Iſraëlitis in pignus: cui debebant inhærere. Sed in Sabbato conſueſcebant quodammodo nihil habere, ut ſuum; nulli rei manũ admoliebantur. Recognoſcunt etiam, à Chriſto hanc quietem, quæ Sabbato reſpondet, annunciatam Matth.* 11: 28. 10. *Vt monerentur, omittendo opus ſuum & faciendo opus Dei ſe ad* Sabbatum æternum *parare. Hoc autem Sabbatum æternum, quoad Eccleſiam univerſalem, recognoſcunt inchoatum eſſe in die reſurrectionis Dominicæ; in ſingulis autem inchoari, quando in Chriſtum credunt: conſummari autem in reſurrectione mortuorum.* 11. *Vt meditarentur* τὸ τέλος finem, *h.e. abolitionem ſtatûs & formæ hujus ſeculi, ad introducendum illum ſtatum Eccleſiæ, in quo Deus erit omnia in omnibus; conſummato opere Dei, quod ipſe adhuc faciendum habet, quod nunc facit Chriſtus dominans in medio hoſtium ſuorum.*

XII. *Nullus autem illorum putat, Deum per quartum præceptum determinaſſe tempus cultûs ſui.*

XIII. *Solus Chryſoſtomus animadvertit, Moſen in hiſtoria Geneſeos ſubinnuiſſe,* bonum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ſonum eſſe, ut Eccleſia in commune & univerſaliter uteretur ſaltem ſeptimo quoq; die ad ſolemnes congregationes omnium membrorum Eccleſiæ in omnibus locis. Adeò ut rectè poſſit dici, quandoquidem apparet, hoc divina providentia gubernante fieri, Deum conſilio ſuo aliquem ex ſeptem ad hoc deſtinaſſe.

XIV. *Porrò negant*, Sabbatum eſſe injunctum novæ creaturæ. *Idque*

1. *Quia Sabbata* in ſigno data fuerint; *& fuerint* typus & umbra futurorum bonorum. *at Chriſtiani, qui ſunt nova creatura, veritatem jam inceperint poſſidere.*

2. *Quia populus ille carnalis eo præcepto indiguerit, propter σκληροκαρδίαν*, duriciem cordis: *illi autem, qui in Chriſtum credunt & illum amant, eo non indigent. quippe qui ſunt* populus voluntarius *ſive potiùs* voluntaria ſacrificia. *Pſalm. 110: 3.*

3. *Quia Chriſti fideles ſunt liberi à* lege, *quæ Iudæis data eſt. Intelligunt autem per* legem *Decalogum, non tantùm quatenus, additis illis verbis*, Qui fecerit illa, vivet in illis, *ex Decalogi præceptis poteſt confici fœdus operum; ſed etiam quatenus in eo eſt ſtipulatio Veteris Teſtamenti. Quæ eſt ſtipulatio fidei (ejuſque vivæ & frugiferæ) in promiſſionem, corroboratam opere Dei, qui eduxerat eos ex terra Ægypto, domo ſervorum; cui etiam mox inſervitura erat datio terræ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Canaan, ut figuræ & pignoris; & tandem reductio in eam ex Babylone: non verò ſtipulatio fidei in Euangelium. Eam liberta-tem *extendunt ad omnia* vincula. *Sabbatum autem docent cum reliquis vinculis legis fuiſſe commixtum & connexum, & ad* ſervitutem *pertinuiſſe. Eamque* libertatem *præſignificatam fuiſſe α. eo, quòd Ioſua juſſus eſt in expugnatione Hierichuntis Sabbatum ſolvere. β. eo, quod Sacerdotes in templo ſolvebant Sabbatum. In qua argumentatione oſtendunt ſe ſequi Chriſtum doctorem. qui Matth. 12: 5. 6. dicit:* Non legiſtis in lege, quòd Sabbatis ſacerdotes in Sanctuario Sabbatum profanant, & innoxii ſunt? Dico autem vobis, Sanctuario major eſt hîc. *Quæ ratio Servatoris ipſis videtur nullius ponderis eſſe; ſi Chriſtianis, qui ſunt facti* βασίλειον ἱεράτευμα, reges & ſacerdotes (*ſecundùm promiſſionem, quæ eſt Exod. 19: 5.) non licet omni tempore & loco facere, quæ ullo tempore & loco facere poſſunt ut ſacerdotes & cum oblatione ſui* θυμιάματος, *quod eſt* תודה confeſſio, laus, *gratiarum actio, preces. Id teſtantur verba Athanaſii in ſermone* de Semente, *pag. 844. quæ vel hîc commodè ponentur, quum ſuperiùs omiſſa ſint.* Τῷ μὲν οὖν λαῷ τῶν ἰουδαίων ἀπηγορεύετο μὴ ἐργάζεσθαι ἐν σαββάτῳ· τοῖς δὲ ἱερεῦσιν οὐκ ἦν ἀπηγορευμένον. Διὸ τοῦτο καὶ ἡμῖν καὶ πᾶσιν ἀφίεται τὸ ἐν σαββάτῳ ἐργάζεσθαι. ἐ γὰρ καὶ ἡμεῖς

πάντες

πάντες βασίλειον ἱεράτευμα ϗ ἔθνος ἅγιον. Judaico quidem populo interdictum erat Sabbato operari: at ſacerdotibus non erat interdictum. Iccirco & nobis & omnibus permiſſum eſt operari in Sabbato. Nam & nos omnes ſumus regium ſacerdotium & gens ſancta.

4. *Quòd* filius hominis ſit dominus Sabbati. *Id ſanè imprimis intelligunt de* Filio hominis, *qui* pauliſper minoratus infra angelos *jam* honore & gloria coronatus *eſt*, *cui omnia ſub* pedibus poſita *ſunt*, *atque adeò* omnis principatus, poteſtas, potentia ſubjecta ſunt, *1 Cor. 15: 24. Manifeſtum autem putant, ſi Mediator eſt* Dominus Sabbati, *eum accepiſſe poteſtatem, ad tollendum Sabbatum. Quod verum eſt, & ex rei ipſius natura ſequitur. Sol tollit umbram, Veritas figuram, Iuſtificator accuſationem, Pacificator inquietudinem. Sed*

5. *Animadvertunt etiam, à Chriſto dictum, quod, propter ipſum, Dominum Sabbati, alius filius hominis ſit dominus Sabbati: quemadmodum Apoſtoli vel propter famem vel propter ipſum erant domini ſpicarum vellendarum in Sabbato. Chriſti igitur auctoritate ut* Domini, *& Apoſtolorum ut teſtium, negant ſe debere judicari in Sabbato, vel in ulla parte ſabbatorum. ex Gal. 4. & Coloſſ. 2.*

XIII. *Hinc Athanaſius Sabbatum po-*

nit inter ἀρχαῖα, Vetera, τὰ τοῦ παιδαγωγοῦ, ea, quæ ſunt puerorum inſtitutionis, τὰ μετατεθειμένα, ea, quæ tranſponuntur. *dicens in oratione de Semente:* μετέθηκε δὲ ὁ Κύριος τὴν τοῦ σαββάτου ἡμέραν εἰς κυριακήν. tranſpoſuit Dominus Sabbati diem in dominicam. Μετάθεσις *autem ſive* tranſpoſitio *apud eum non ſignificat, ut quidam, qui ſine dubio totum ſermonem ejus & eum de Circumciſione & Sabbato non legerunt, perperam interpretantur, ejuſdem præcepti & cultûs in alium diem ſeptimanæ tranſlationem; ſed typi commutationem cum veritate & implemento typi. Veritas enim, quæ per quietem Sabbati ſignificabatur, eo Sabbato evenit, quod præceſſit diem reſurrectionis Chriſti. Reſurrectio autem Chriſti eam veritatem demonſtravit. Ideò dies Dominica h. e. ipſa dies reſurrectionis Chriſti abolevit typum, tanquam quæ eſſet exordium novi temporis. Ita verbo* μετατιθέναι tranſponere *utitur Apoſtolus Hebr.* 7:12. μετατιθεμένης τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. ubi tranſfertur ſacerdotium *h. e. ubi aliud ſacerdotium introducitur, priore abolito*, ibi neceſſariò etiam legis tranſlatio *h. e. mutatio* fit. *Et ſic Clemens Romanus eo verbo utitur ſupra pag.* 179. *lin.* 17.

XIV. *Secundùm hæc igitur definiunt,* ἀργίαν χειρῶν ocium manuum *ſive* feriatum ocium *Chriſtianis in nullum diem præceptum*

ptum eſſe: quodque non debeant Chriſtiani judicari in feſtis & feriis, quales habuerunt Iſraëlitæ; quæ vocari putabant partem feſti, *in oppoſitione* feſti perpetui: *& Sabbata humana, in oppoſitione* Sabbati Dei.

XV. *Et bene notandum eſt, quòd præceptum de ceſſatione ad ſolam diem ſeptimam retulerint, eamque ſolam* Sabbati *nomine inſigniverint, neque unquam* dominicam *vocaverint Sabbatum, ſed* Sabbatum *&* dominicum *diligenter diſtinxerint.*

XVI. *Quòdque diſertis verbis affirmaverint, nullum eſſe apud Chriſtianos diſcrimen dierum, quale fuerat apud Iudæos; quibus erat præceptum, ut hoc vel illud certis diebus agerent vel etiam non agerent. Licitum enim eſſe Chriſtianis bona & conceſſa agere cum gratiarum actione omnibus diebus: dummodò cætera ſint paria.*

XVII. *Chriſtianos enim non eſſe oneratos ullo onere, ſed eos ſervire Deo per τὰ αἰώνια καλὰ* perpetuò bona, *quæ in Decalogo continentur. quæ collocant in fide & charitate, per quam ceſſent malè agere & quotidie fiant uberiores in operibus bonis.*

XVIII. *Cæterum, quod Chriſtianos attinet, illorum opus proprium cenſent eſſe pietatis exercitium & quæſtionem profectûs in cognitione veritatis; eoſque non accepiſſe terram manibus tractandam, ut Iſraël.*

XIX. *Ideoque convenire, ut omni die,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

quantum pote, non tantùm privatim ei rei operam dent, ſed etiam in ſynaxi ſive cœtu.

XX. *Eſtque obſervare, Chriſtianos ſolitos fuiſſe quotidie convenire, ſaltem aliquos: atque etiam omni die potuiſſe ſacram Cœnam celebrare & corpori Dominico participare. Nam panem, quem Chriſtiani frangunt, quem Apoſtolus appellat* communionem corporis Chriſti, *ipſi cum Chriſto* Corpus Domini, *propter* vocationem cœleſtem, *appellabant. Vocabant autem celebrare S. Cœnam,* dominicum celebrare, *vel* ſacrificium offerre.

XXI. *Quia tamen primi Chriſtiani erant ex Iudæis & gentibus, etiam Sabbatis præcipuè conveniſſe: attamen eo ipſo non tantùm legem ſed & Euangelium legiſſe: atque interim diligenter caviſſe, ne è gentibus converſi cum Iudæis cogerentur ceſſare. &, poſtquam templum abolitum & politia Iudaica ceſſavit, in univerſum placuiſſe, ne Sabbatum per ocium celebraretur.*

XXII. *Quique deinceps Sabbatum revererentur, hæreticos habitos fuiſſe. quales* Hypſiſtarii: *ex quibus aliquando fuit pater Gregorii Nazianzeni.*

XXIII. *Primum ſeptimanæ antiqui Chriſtiani appellabant* diem dominicum; *quo nomine commemorabant illam diem,*

quæ

qua Chriſtus reſurrexerat ex mortuis: quam κυρίως κυριακὴν *appellabant.*

XXIV. *Nemo Veterum dicit, Diem Solis ideò ſic appellatum eſſe, quia Chriſtus juſſerit eo die ociari, quemadmodum olim Iudæi Sabbato feriabantur.*

XXV. *In prima Dominica recognoſcebant eſſe finem priorum dierum & ſervitutis. Statuebantque eum diem & beneficium in eo collatum in lege præſignificatum fuiſſe per diem Circumciſionis octavum.*

XXVI. *Hanc diem in volumine hebdomadum* dominicam *appellatam Iudæi vocant* יום נוצרי diem Nazareni. *Ita appellatur in Abodah Zarah cap. 1. fol. 6. lin. 18. ed. Venet. vel 15. edit. Amſterd. ubi Gloſſa annotat:* נוצרי ההולך בטעות של אותו האיש שצוה להם לעשות להם יום איד בא׳ בשבת Nazarenus *eſt*, qui ambulat in errore Illius Viri, qui præcepit ipſis facere diem calamitatis (*feſtum intelligit*) in prima ſabbatorum. *Non poteſt Iudæus aliter loqui. Nam, quum non credat D. Ieſum reſurrexiſſe è mortuis, non poteſt credere, Chriſtianos inde eum diem appellaſſe; ſed hominis illius ſuggeſtione factum eſſe, ut eum diem ſacrum haberent. De qua tamen re nihil probatur ante mortem locutus eſſe: niſi quòd prædixit, ſe tertia die reſurrecturum eſſe. Hoc igitur eſt Iudaicum mendacium.*

XXVII. *Iidem Iudæi ſtatuunt, niſi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

gentilis circumcidatur, *& ſic fiat* גר צדק proſelytus juſtitiæ, *non licere ipſi vel Sabbatum obſervare vel alio die, opinione cultûs, ceſſare; ſed debere contentum eſſe* præceptis Noachi. *Vide Cod. de Synedrio cap. 7. fol. 58. b lin. 3. à fine. vel Excerpta noſtra p. 274. Non diſſimulabo, quòd in ea pericopa exemplum inſtituendi novi Sabbati ſumatur* dies ſecundus, *h. e. dies Lunæ. quod R. Solomoh factum ait, quia die ſeptimo Iudæi ceſſant ex lege, Chriſtiani die primo. quaſi dicat is Rabbi, qui ibi loquitur*; Non tantùm in Sabbato, quod Iſraëli datum eſt; nec in die prima, quam Chriſtiani celebrant; ſed אפילו ביום שני etiam ſecundo die non licet filiis Noë ociari. *Videtur, inde probari poſſe, Chriſtianos ab antiquo non fuiſſe operatos die Dominico. Sed melius, hæc ex ipſis Chriſtianis cognoſcere.*

XXVIII. *Illi igitur in libertate Chriſtiana eum diem ſumſerunt ad lætitiam agendam; & ſic ad* ἄνεσιν *&* πόνων ἀτέλειαν. *Auguſtinus ſentit, aut probabile putat, Apoſtolum Paulum iter deſtinaſſe in diem Dominicum. Hieronymus narrat, ſua ætate quoſdam homines Aſcetas* (Cœnobitas *ipſe vocat*) *toto dominico vacaſſe: idem teſtatur, Paulam & virgines ipſius, quum ex Eccleſia reverſæ eſſent, opus conſuetum domi feciſſe. Fuerunt, qui traderent, Petrum & Paulum ordinaſſe, ut domini ſervis concede-*
rent

rent ἀργίαν ocium bis in ſeptimana, die Sabbati & dominico, ut in Eccleſia inſtitutioni vacare poſſent. Laodicena Synodus ſuadet quidem vacationem, ſi poſſit fieri, ſed vetat, ſub anathemate, Iudaïcam vacationem. In univerſum commendabant Sabbatum μελέτης νόμων meditationis & exercitii legum, non χειρῶν ἀργίαν manuum vacationem. Epiſcopi nacti poteſtatem ordinandi conſtituerunt, ut die dominica nec jejunaretur, nec de geniculis preces fierent, ſed in ſtatione. nempe ut omnia lætitiæ & libertatis ſigna uſurparentur. Et, quia is dies lætitiæ erat, ideò etiam præcipuè omnes illo die conveniebant. ut Iuſtinus teſtatur. Putabant autem hoc neceſſarium, non, quòd Deus hoc tempus cultui deputaſſet & delegiſſet, ſed propter multos, qui non poſſent aut non vellent quotidie id agere. Quum autem jam Chriſtiani inciperent eſſe populus & reſpublica, tum etiam Epiſcopi & Principes cæperunt diſciplina coactiva impedire nunc aliqua nunc omnia opera, ut, qui negligebant conventus Eccleſiaſticos, nullum haberent prætextum, cur non ad eos accederent. Atque ita pro populo Chriſti, ſe Deo voluntarium & juge ſacrificium offerente, & per verbi divini amabilitatem tracto, paullatim, creſcente potentia & luxu Epiſcoporum & decreſcente eruditione, intelligentia Scripturarum & fide, invaluit populus ex conſuetudine dividens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

tempora per opus quodlibet & ocium, inferens in domos congregationum veſtes ornatas, typhum ſeculi, opinionem cultûs in ceſſatione, voluntatem ſequendi partes & humanum nomen, aures prurientes ad ſapientiam & eloquentiam aut χρηστολογίαν *ac* σεσοφισμένους μύθους, *animum ferventem ad lites, ad extendendum digitum, ad veterem comœdiam audiendam, ſemper diſcens, nunquam ad cognitionem veritatis valens pervenire: civitates verò & agri* ὕβρει *&* παροινίᾳ *hominum malè feriatorum impleti ſunt. Cui rei ut remedium fieri poſſit, ut abundet in vera eruditione fides, in fide charitas, in charitate ſtudium lucrifaciendi proximum, atque ita conſcientia ſit tranquilla, & in omni modeſtia &* αὐταρκείᾳ *opus manuum fiat idoneis temporibus, propter neceſſitates corporis, & ut nomen* Chriſti *non blaſphemetur maximè eo die, quem ab ipſo denominamus, hoc eſt, quod omnes pii cum gemitu & ſuſpiriis exoptant. Ad quod certum eſt prodeſſe, ut ſuadeatur hominibus, ne nimis affixi ſint temporalibus, ſed, ſi non poſſunt toti regno Chriſti vacare, ut qui* ἄνθρωποι θεοῦ homines Dei *propter miniſterium dicuntur, tamen ad* τελειότητα perfectionem *omni ſtudio connitantur. Nam & Apoſtolus aſſerit Col. 1. 28. ſcopum ſuæ prædicationis eſſe,* ut ſiſtat OMNEM HOMINEM τέλειον perfectum in Chriſto Jeſu. *Præterea*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

utile erit, ut moneantur, ne congregationes, quæ in nomine Chriſti aguntur, facile deſtituant. Tum ut exemplum Iſraëlis ipſis ponatur ante oculos; qui coacti ſunt plus quàm ſeptima parte temporis vacare, ut occaſionem haberent de rebus divinis frequenter & cogitandi & colloquendi. Ita tamen, ut intelligant, parum id eſſe pro magnitudine boni, quod pietate quæritur, & pro dignitate tam ſancti operis. Imprimis illos, quibus licet vacare ei rei, & ad ſapientiam illam perfectorum contendere, ſi præterpropter vitam vivant, & ſic agant, ut qui neſciunt, quare vivant, inexcuſabiles eſſe: putantes, ſe, ut pueros in Chriſto, *ſalvos fore. quum tales, qui profectum non quærunt, non poſſint vel pro pueris in Chriſto haberi, ſed magis videantur ad populum Beſtiæ pertinere, qui eligit aliquid dicere & facere cum hominibus aliis; nihil amplius ſollicitus. Præcipuum autem eſt, ut in conventibus id agatur, ut pietas & verbum Dei, quod eſt theſaurus omnis ſapientiæ & prudentiæ, auditoribus fiat amabile & lectu ſuave, & intellectu facile. Quod quia à ſuperiorum ſeculorum hominibus non eſt ita præſtitum, ut oportuit, ea fuit occaſio controverſiarum, litium, hæreſium, ſchiſmatum, vanarum opinionum & denique corruptelarum Antichriſti, & diſſipationis, quæ inde exorta eſt. Non eſt autem dubitandum, ſi verbum*

Dei

Dei incipiat eſſe delicia hominum, futurum eſſe, ut homines libenter & ex amore veritatis, non ex timore offenſionis hominum aut violandi interdictum operis, alia omnia omittant & hoc ſtudioſiſſimè agant.

Recentiorum teſtimonia.

Quod attinet recentiores, conſtat, non omnes omnia eadem dixiſſe de Sabbato; quoſdam etiam ſibi ipſis non videri omninò conſentire. quos tamen alii defenderunt. Cæterum, quum & ab aliis ſumta ſit opera, quædam doctiſſimorum hominum verba colligendi, & quorundam nomina & verba in noſtra indagatione poſuerimus, paucis hîc erimus verbis contenti, & quidem iis, quæ videntur à plurimis eſſe approbata.

I. LUTHERUS in Catechiſmo minori. Concord. fol. 166. Daß dritte gebott. Du ſolt den Feyertag heiligen. Waß iſt das? Antwort. Wir ſollen Gott fürchten vnd lieben / daß wir die Predigt vnd ſein Wort nicht verachten / ſondern daſſelbige heilig halten / gerne hören vnd lehrnen. Idem in Catechiſmo majori. Concord. fol. 186. b. 187. Du ſolt den Feyertag heiligen. Feyertag haben wir genennet nach dem Ebreiſchen wörtlein Sabbath / welchs eygentlich heiſſet feyren / das iſt / müſſig ſtehen von der arbeit / daher

daher wir pflegen zuſagen / Feyerabendt machen / oder heiligen Abendt geben. Nun hat Gott im alten Teſtament den ſiebenden Tag außgeſondert / vnd auffgeſetzt zu feyren / vnd gebotten / denſelbigen für allen andern heilig zu halten / Vnd dieſer euſſerlichen Feyer nach / iſt diß Gebott alleine den Jüden geſtellet / daß ſie ſolten von groben Wercken ſtill ſtehen / vnd ruhen / auff daß ſich beyde Menſch vnd Vich wider erholeten / vnd nicht von ſtäter Arbeyt geſchwecht würden. Wiewol ſie es hernach allzu enge ſpanneten / vnd gröblich mißbrauchten / daß ſie es auch an Chriſto leſterten / vnd nicht leyden kundten ſolche Werck / die ſie doch ſelbs daran theten / wie man im Euangelio liſet / gerade / als ſolt das Gebott damit erfüllet ſeyn / daß man gar kein euſſerlich Werck thete / welchs doch nicht die Meynung war / ſondern endtlich die / daß ſie den Feyer oder Ruhetag heiligen / wie wir hören werden. Darumb gehet nun diß Gebott nach dem groben Verſtandt vns Chriſten nichts an / denn es ein gantz euſſerlich ding iſt / wie andere Satzunge deß alten Teſtaments / an ſonderliche Weiſe / Perſon / Zeit vnd Stätte gebunden / welche nu durch Chriſtum alle freygelaſſen ſind. Aber einen Chriſtlichen Verſtandt zu faſſen für die Einfältigen / was Gott in dieſem Gebott von vns fordert / ſo mercke / daß wir Feyertag halten / nicht vmb der verſtendigen vnd gelehrten Chriſten willen /

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

len/ den dieſe dürffens niergend zu/ ſondern erſtlich auch vmb leiblicher Vrſach vnd Notturfft willen/ welche die Natur lehret vnd fordert/ für den gemeinen Hauffen/ Knecht vnd Mägde/ ſo die gantze Wochen jhrer Arbeit vnd Gewerbe gewartet/ daß ſie ſich auch einen Tag eynziehen zu ruhen vnd erquicken. Darnach allermeiſt darumb/ daß man an ſolchem Ruhetage (weil man ſonſt nicht dazu kommen kan) Raum vnd Zeit nemme Gottesdienſts zu warten/ alſo/ daß man zu hauffe komme/ Gottes Wort zu hören vnd handeln/ darnach Gott loben/ ſingen vnd beten. Solchs aber (ſage ich) iſt nicht alſo an Zeit gebunden/ wie bey den Jüden/ daß es müſſe eben dieſer oder jener Tag ſein/ denn es iſt keiner an ihm ſelbs beſſer/ denn der ander/ ſondern ſolt wol täglich geſchehen/ aber weil es der Hauffe nicht warten kan/ muß man je zum wenigſten einen Tag in der Woche dazu außſchieſſen. Weil aber von Alters her der Sontag dazu geſtellet iſt/ ſol mans auch dabey bleiben laſſen/ auff daß es in eyntrachtiger Ordnung gehe/ vnd niemand durch vnnötige Neuwerung ein Vnordnung mache. Alſo iſt das die einfältige Meynung dieſes Gebotts/ weil man ſonſt Feyertage helt/ daß man ſolche Feyer anlege/ Gottes wort zu lehrnen/ alſo/ daß dieſes Tages eygentlich Ampt ſey/ das Predigampt/ vmb deß jungen Volcks vnd armen Hauffens willen/ doch daß das Feyren

nicht

nicht ſo enge geſpannet / daß darumb andere zufellige Arbeit / ſo man nicht vmbgehen kan / verbotten were. Derhalben / wenn man fragt / was da geſagt ſey / Du ſolt den Feyertag heiligen? ſo antworte / Den Feyertag heiligen / heiſt ſo viel / als heilig halten. Was iſt denn heilig halten? Nichts anders / denn heilige Wort / Werck / vnd Leben führen / denn der Tag darff für ſich ſelbs keins heiligens nicht / denn er iſt an jhm ſelbſt heilig geſchaffen. Gott wil aber haben / daß er dir heilig ſey. Alſo wirdt er deinet halben heilig vnd vnheilig / ſo du heilig oder vnheilig ding daran treibeſt. Wie gehet nun ſolches heiligen zu? Nicht alſo / daß man hinder dem Ofen ſitze / vnd kein grobe Arbeit thue / oder ein Krantz auffſetze / vnd ſeine beſte Kleyder anziehe / ſondern (wie geſagt) daß man Gottes Wort handle / vnd ſich darinne vbe. Vnd zwar wir Chriſten ſollen immerdar ſolchen Feyertag halten / eytel heilig ding treiben / das iſt / täglich mit Gottes Wort vmbgehen / vnd ſolchs im Hertzen vnd Mund vmbtragen. Aber weil wir (wie geſagt) nicht alle Zeit vnd Muſſe haben / müſſen wir die Wochen etliche ſtunde für die Jugendt / oder zum wenigſten einen Tag für den gantzen Hauffen dazu brauchen / daß man ſich alleine damit bekümmere / vnd eben die Zehen Gebott / den Glauben / vnd Vatter vnſer treibe / vnd alſo vnſer gantzes Leben vnd Weſen nach Gottes Wort richte /

welche

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

welche Zeit nun das im Schwang vnd Vbung gehet / da wirdt ein rechter Feyertag gehalten / wo nicht / ſo ſol es kein Chriſten Feyertag heiſſen / denn feyren vnd müſſig gehen können die Vnchriſten auch wol / wie auch das gantze Geſchwierm vnſer geiſtlichen / täglich in der Kirchen ſtehen / ſingen vnd klingen / heiligen aber keinen Feyertag nicht / denn ſie kein Gottes Wort predigen noch vben / ſondern eben dawider lehren vnd leben. Denn das Wort Gottes iſt das Heiligthumb vber alle Heiligthumb / ja das eynige / das wir Chriſten wiſſen vnd haben / denn ob wir gleich aller Heiligen Gebeyne / oder heilige vnd geweyhete Kleyder auff einen Hauffen hetten / ſo were vns doch nichts damit geholffen / denn es iſt alles todt ding / das niemandt heiligen kan. Aber Gottes Wort iſt der Schatz / der alle ding heilig machet / dadurch ſie ſelbs die Heiligen alle ſind geheiliget worden. Welche ſtunde man nun Gottes Wort handelt / predigt / höret / liſet / oder bedencket / ſo wird dadurch Perſon / Tag / vnd Werck geheiliget / nicht deß euſſerlichen Wercks halben / ſondern des Worts halben / ſo vns alle zu Heiligen machet. Derhalben ſage ich allezeit / daß alle vnſer Leben vnd Werck in dem Wort Gottes gehen müſſen / ſollen ſie Gott gefellig oder heilig heiſſen / wo das geſchicht / ſo gehet diß Gebott in ſeiner Krafft vnd Erfüllung. Widerumb / was für Weſen vnd

Werck

Werck auſſer Gottes Wort gehet/ das iſt für Gott vnheilig / es ſcheine vnd gleiſſe wie es wölle / wenn mans mit eytel Heiligthumb behienge / als da ſind die ertichte geiſtliche Stände/ die Gottes Wort nicht wiſſen / vnd in jren Wercken Heiligkeit ſuchen. Darumb mercke/ daß die Krafft vnd Macht dieſes Gebotts ſtehet nicht in feyren / ſondern in heiligen / alſo / daß dieſer Tag ein ſonderliche heilige Vbung habe. Den andere Arbeit vnd Geſcheffte heiſſen eygentlich nicht heililige Vbunge / es ſey denn der Menſch zuvor heilig/ Hie aber muß ein ſolch Werck geſchehen/ dadurch ein Menſch ſelbs heilig werde/ welches alleine (wie gehöret) durch Gottes Wort geſchicht / dazu denn geſtifftet vnd geordnet ſind/ Stätte/ Zeit/ Perſonen/vnd der gantze euſſerliche Gottesdienſt/ daß ſolches auch öffentlich im ſchwang gehe. Weil nun ſo viel an Gottes Wort gelegen iſt / daß on daſſelbe kein Feyertag geheiliget wirdt/ſollen wir wiſſen/ daß Gott diß Gebott ſtrenge wil gehalten haben / vnd ſtraffen alle die ſein Wort verachten / nicht hören noch lehrnen wollen/ ſonderlich die Zeit / ſo dazu geordnet iſt. Darumb ſündigen wider diß Gebott/ nicht alleine / die den Feyertag gröblich mißbrauchen vnd vervnheiligen/ als die vmb ires Geitzs oder Leichtfertigkeit willen / Gottes Wort nachlaſſen zu hören / oder in Tabernen liegen / toll vnd voll ſind / wie die Seuw/

Sonder

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Sonder auch der ander Hauffe / ſo Gottes Wort hören als ein andern Tandt / vnd nur auß Gewohnheit zur Predigt vnd wider herauß gehen / vnd wenn das Jar vmb iſt / können ſie heuwer ſo viel als fern. Denn bißher hat man gemeynet / es were wol gefeyret / wenn man des Sontags eine Miſſe oder das Euangelium hette hören leſen / aber nach Gottes Wort hat niemandt gefragt / wie es auch niemandt gelehret hat. Jetzt / weil wir Gottes Wort haben / thun wir gleichwol den Mißbrauch nicht abe / laſſen vns jmmerdar predigen vnd vermahnen / hörens aber ohn Ernſt vnd Sorge. Darumb wiſſe / daß nicht alleine vmbs hören zu thun iſt / ſondern ſol auch gelehrnet vnd behalten werden / vnd dencke nicht / daß es in deiner Willköre ſtehe / oder nicht groſſe Macht dran liege / ſondern daß Gottes gebott iſt / der es fordern wirdt / wie du ſein Wort gehört / gelehrnet / vnd geehret haſt. Deßgleichen ſind auch zu ſtraffen die ekeln Geiſter / welche / wenn ſie eine Predigt oder zwo gehört haben / ſind ſie es ſatt vnd vberdrüß / als die es ſelbs wol können / vnd keines Meiſters mehr dürffen / Denn das iſt eben die Sünde / ſo man bißher vnter die Todſünde gezehlet hat / vnd heiſſet / Akidia, das iſt / Trägheit oder Vberdruß / ein feindtſelige / ſchedtliche Plage / damit der Teuffel vieler Hertzen bezäubert vnd betreugt / auff daß er vns vbereyle / vnd das

Wort

Wort Gottes wider heimlich entziehe. Denn das laſſe dir geſagt ſeyn/ ob du es gleich auffs beſt köndteſt / vnd aller dinge Meiſter wereſt/ ſo biſt du doch täglich vnter deß Teuffels Reich / der weder Tag noch Nacht ruhet dich zu beſchleichen / daß er in deinem Hertzen Vnglauben vnd böſe Gedancken / wider die vorigen vnd alle Gebott anzünde / darumb muſt du jmmerdar Gottes Wort im Hertzen/ Mund/ vnd für den Ohren haben / Wo aber das hertz müſſig ſtehet / vnd das Wort nicht klinget/ ſo bricht er eyn/ vnd hat den Schaden gethan / ehe mans gewar wirdt. Widerumb hat es die Krafft / wo mans mit Ernſt betrachtet / höret vnd handelt / daß es nimmer on Frucht abgehet / ſondern allezeit neuwen Verſtandt/ Luſt/ vnd Andacht erwecket/ rein Hertz vnd Gedancken machet / denn es ſind nicht faule noch todte / ſondern ſchefftige lebendige Wort. Vnd ob vns gleich kein ander Nutz vnd Noth triebe/ ſo ſolt doch das jederman dazu reitzen / daß dadurch der Teuffel geſcheucht vnd verjagt / dazu diß Gebott erfüllet wirdt/ vnd Gott gefelliger iſt/ denn alle andere gleiſſende Heuchelwercke.

II. PHILIPPUS MELANCHTHON in locis Communibus. *Præceptum de Sabbato præcipuè concionatur de miniſterio docendi & adminiſtrandi cerimonias divinitùs inſtitutas. Ad eam rem ſit aliquis dies deſtinatus. Hæc principalis ſententia pertinet ad omnes*

homines

homines & omnia tempora, quia eſt lex naturæ. Cæterum de abrogatione ſeptimi diei conſtat, abrogatis ceremoniis Leviticis, etiam hanc ceremoniam eſſe mutatam, ut clarè dicitur Col. 2. Non quæro allegoriam hujus præcepti, ſed trado propriam & præcipuam ſententiam. Nec enim leve aut exiguum opus eſt conſervatio miniſterii divinitus inſtituti.

III. CHRISTOPHORUS PEZELIUS in Arg. & Reſp. Theol. p.3. p.169. addit: *Eſt autem Sabbatum diei ſeptimi ceremoniale. Deinde Paulus apertè præcipit: Nemo vos judicet, &c. Et rationem addit: Quæ ſunt umbra futurorum, corpus autem Chriſti. Fuit igitur Sabbatum typus rerum, quæ per Chriſtum impletæ ſunt, videlicet ſanctificationis noſtræ per Chriſtum, quæ conſiſtit in remiſſione peccatorum & donatione Spiritus ſancti. Hæc res ſignificata poſtquam eſt exhibita, ceſſat jam typus. Poſtremò Apoſtoli ex conſenſu totius Eccleſiæ & autoritate Apoſtolica, ut inſignior eſſet memoria reſurrectionis Domini & exemplum extaret Chriſtianæ libertatis mutarunt diem ſeptimum, ut ex hiſtoria Actorum & Pauli epiſtolis conſtat, prima die, quam nominarunt dominicam, publicos congreſſus in Eccleſia novi Teſtamenti celebratos eſſe. Et legibus Imperatorum poſtea ſolemnitas illius diei confirmata fuit.*

IV. Ca-

IV. Catechiſmus Eccleſiæ Genevenſis adjectus Inſt. Calvini A. 1553. *Iubetne ſex diebus laborare, ut ſeptimo quieſcamus?* Non ſimpliciter: verùm, ſex dies hominem laboribus permittens, ſeptimum excipit, ut quieti deſtinetur. *An quemvis laborem interdicit?* Hoc præceptum ſeparatam & peculiarem habet rationem. ſiquidem quietis obſervatio pars eſt veterum ceremoniarum. Itaque Chriſti adventu abrogata fuit. *Diciſne, præceptum hoc ad Iudæos propriè ſpectare, ideoque temporarium duntaxat fuiſſe?* Nempe, quatenus ceremoniale eſt. *Quid ergo? ſubeſtne aliquid præter ceremoniam?* Tribus ex cauſis datum fuit. *Cedo mihi eas?* Ad ſpiritualem quietem figurandam, ad conſervationem politiæ Eccleſiaſticæ, ad ſervorum ſublevationem. *Quid per ſpiritualem quietem intelligis?* Dum à proprius operibus feriamur, quò Deus in nobis ſua opera peragat. *Quæ porrò feriandi ratio?* Si carnem noſtram crucifigimus, h. e. renunciamus noſtro ingenio, ut ſpiritu Dei gubernemur. *An id ſeptimo quoque die fieri ſatis eſt?* Imò continenter. Nam, ex quo ſemel cœperimus, pergendum eſt toto vitæ curſu. *Cur ergo ejus ſignificationi deſtinatur certus dies?* Nihil neceſſe eſt per omnia congruere veritatem cum figura, &c. *Videamus jam, quatenus ad nos ſpectet hoc mandatum. Quod ad*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ad ceremoniam, quum in Chriſto extiterit ejus veritas, abrogatam eſſe dico. Quomodo? Nempe quia mortis ejus virtute vetus noſter homo crucifigitur, noſque excitamur in vitæ novitatem. Quid ergo ex præcepto nobis reſtat? Ne ſancta inſtituta, quæ ad ſpiritualem Eccleſiæ politiam faciunt, negligamus: præſertim verò ut ſacros conventus ad audiendum Dei ſermonem, ad myſteria celebranda, ad ſolennes preces, ſicut erunt ordinati, frequentemus. Atqui nihilne ampliùs figura nobis conducit? Imo verò. Ad ſuam enim veritatem revocanda eſt: ut ſcilicet inſiti in corpus Chriſti, factique ejus membra deſinamus à propriis operibus atque ita Dei gubernationi nos reſignemus.

V. Verba Catecheſeos Heidelbergenſis nota ſunt. & ea delibavimus in Indagatione noſtra.

VI. URSINUS. *Ceremoniale ſeu externum Sabbatum eſt certum tempus deſtinatum in Eccleſia miniſterio verbi & adminiſtrationi ſacramentorum ſeu publico cultui divino, & vacationi ab aliis operibus. Et hoc eſt duplex, immediatum & mediatum. Immediatum, quod immediatè erat à Deo inſtitutum & præceptum Eccleſiæ in Veteri Teſtamento. Mediatum, quod Deus mediatè per Eccleſiam conſtituit in N. Teſtamento: cujuſmodi eſt primus dies hebdomadis, qui dicitur Solis, ſeu rectiùs Domini-*

cus,

cus, quem Eccleſia Chriſtiana jam inde à tempore Apoſtolorum obſervat pro die ſeptimo propter reſurrectionem Domini. Brevius. Sabbatum ceremoniale eſt duplex, aliud veteris, aliud novi Teſtamenti. Vetus erat aſtrictum ad diem ſeptimum, & ejus obſervatio erat neceſſaria & cultus Dei. Novum pendet ex arbitrio Eccleſiæ, quæ elegit diem primum propter certas cauſas: & is eſt obſervandus ordinis cauſa: ſed ſine opinione neceſſitatis, quaſi ab Eccleſia oporteat eum ſervari & non alium. Cætera ibi vide. Hæc etiam Feſtus Hommius in Theſauro ſuo. Cui addidit R. D. Spiljardus opinionem D. Junii p.m. quæ ſingularis eſt & lectorum meritò permittitur judicio. Idem addidit

VII. Poſt Acta Synodi Dordracenæ. Quæ in Indagatione noſtra jam poſuimus. De iis ita dicit D. VValæus operum p. 276. *Synodus Nationalis Dordracena, quum, poſt peregrinorum Theologorum diſceſſum, controverſiæ illæ jam tum eſſent oblatæ, eaſdem plenè decidere, cum alterius partis condemnatione, ſui fori eſſe non judicavit; quia eæ ad alias quoque Eccleſias Reformatas pertinerent; ſed eam moderationem adhibendam conſultius judicavit, ut ſententiam eam, aliis diſceptationibus miſſis, utrique parti commendaret, in quam utrinque deputati, certis arbitris conſtitutis, conſenſerant. Quæ moderatio, quin etiam hodie maximè probanda*

banda ſit, nemini pacis Eccleſiæ ac veritatis divinæ ſtudioſo dubium eſſe debet.

VIII. Affert etiam D. Spiljardus notas Belgicæ Verſioni adjectas Col. 2: 16. *Ne quis vos judicet . . . in parte feſti, aut novilunii, aut ſabbatorum; in hanc ſententiam: His intelliguntur tria anniverſaria feſta . . . ut per novilunia, menſtrua feſta,* Num. 28: 11. 14. *& per verbum Sabbatorum Sabbata annorum & præcipuè hebdomadale. quatenus ea ceremonialia erant.* Exod. 20: 11. *Lev.* 19: 3. *quæ per adventum Chriſti abrogata ſunt, ratione ſanctitatis eorum eximiæ & majoris, quam habebant per inſtitutionem divinam: ut & quoad ſignificationem eorum & neceſſitatem. Quanquam Chriſtianæ Eccleſiæ etiam aliqua feſta pro libertate Chriſtiana obſervare placuit ad recordationem ſingularium beneficiorum Chriſti, ad colendum Deum juxta præceptum ipſius auditu verbi, uſu Sacramentorum, publicis & communibus precibus ac hymnis, & eleemoſynarum erogatione, &c. Ad quos dies tamen conſcientia Chriſtianorum jam non eſt adſtricta niſi boni ordinis retinendi cauſa, & ad ſe invicem in Chriſtianis cœtibus per adhortationes mutuas magis magiſque ædificandum & confirmandum. Quod & aliis temporibus poteſt fieri, ubi ordine bono fieri poteſt. Vide* 1 *Cor.* 11: 17. *&c. &* 14: 23. &c. *Solummodò loco hebdomadalis Sabbati ab Apoſto-*

Apoſtolorum temporibus prima ſeptimanæ ad hunc finem ſemper eſt obſervata. Vide Actor. 20: 7. 1 Corinth. 16: 1. 2. Apoc. 1: 10.

IX. Sententiam D. Riveti & D. Thyſii in indagatione noſtra attigimus: etiam D. VValæi verba ſubinde citavimus. Nominavimus etiam D. Danæum. Cujus verba alii recitant. D. Gomari etiam ſententia eſt notoria. Neque operæ eſt plura auctorum verba deſcribere, præter ea Perkinſi, quæ commemorat VValæus. p. 292. *Hic quærendum eſt, quatenus Sabbatum ſit ceremoniale & quatenus morale. Primò ceremoniale eſt rigida illius obſervatio, quæ fuit typus ſignificans internam ſanctificationem Dei, quæ eſt veluti quies à peccato. Exod. 31: 13. Ezech. 20: 12. Præterea ſignificavit beatam illam requiem cœlorum.* Eſ. *66: 23. & Hebr. 4: 8. 9. 10. Sabbatum quoque ceremoniale eſt, quatenus die ſtato, id eſt, ſeptimo à creatione mundi, ſtatiſque ceremoniis fuit obſervandum. Num. 28: 9. Iam verò in Eccleſia Euangelica deſiit ceremonia Sabbati, Col. 2. 16. & mutatum eſt ab Apoſtolis in diem octavum.* Actor. 20: 7. &c. Putat Perkinſus, Apoſtolos inſtituiſſe, ut prima (quæ eſt octava) inſtituerentur ſolennes & univerſales congregationes, citra tamen onus *rigidæ obſervationis* ocii.

X. In nupera Synodo Hollandiæ Auſtralis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

lis, quæ habita eſt Lugduni, hæc Actis inſerta ſunt. *Artic. 59. de Sabbato..... Per occaſionem hujus Articuli Fratres Hagienſes ediderunt reſponſionem ſuam ad ſecundum membrum Gravaminis, de Superſtitionibus circa Sabbatum; nominatim petentes, ut Poſt Acta Synodi Nationalis Dordracenæ de Sabbato, verba Catechiſmi, & Reſolutiones aliquot aliarum Synodorum in unum colligerentur, atque ita renovarentur & confirmarentur, eo fine, ut certum quid de Sabbato & ejus obſervatione ab Eccleſiis retineatur, & ad quod eæ etiam teneantur, donec ſenſus mandati de Obſervatione Sabbati in Synodo Nationali determinetur: ea tamen lege, ut nulla in re culpa videatur contrahi profanati Sabbati. Hac occaſione lectæ ſunt Reſolutiones quædam Synodorum, puta Roterodamenſis 1621. Art. 48. Iſelſteinienſis 1626. Art. 32. Dordracenæ 1627. Art. 46. Viſumque eſt Synodo, ut ſex regulæ Synodi Nationalis Dordracenæ, Verba Catechiſmi, & dictæ Reſolutiones repeterentur, renovarentur, & confirmarentur, verbotenus excerpta & Actis inſerta.* Prætereuntur verba Catechiſmi, ut nota. Sequitur I. Artic. 48. Synod. Roterodamenſis 1621. *Quoad 14 Gravamen de Sabbato, judicavit Synodus utile, ut Claſſes, in quibus quoad hoc aliqua difficultas eſſet aut impoſterũ moveretur, interim ſequantur Conſilium*

Synodi

Synodi Nationalis Dordracenæ, donec hæc quæſtio in Synodo Nationali plenius conſideretur. Quod Conſilium in his VI. *regulis continetur.* [Eas jam in Indagatione noſtra poſuimus] *Ita tamen, ut, ſi quis ſub obtentũ harum regularum velit urgere nimis præciſam obſervantiam, quæ reſipiat Iudaicam ſuperſtitionem, cujus exempla in hoc Cœtu prolata ſunt, quæ Synodus judicat in his regulis non contineri, ſed cum eis pugnare, tales monendos eſſe, non tantùm ut non inſerant aliis talem ſectam, ſed & ipſi ab ea deſiſtant; Et, ut, ad ulteriorem in Eccleſiis moleſtiam & inquietationem præcavendam, Claſſes, atque etiam Deputati Synodi in Examinatione Studioſorum & Candidatorum inter cætera hoc punctum obſervent.*

II. *Art.* 32. *Synodi Iſelſteinienſis* 1626. *Quoad* 2. 3. *&* 4. *Gravamen, de diverſis ſententiis ſuper obſervatione Sabbati, Claſſis, quæ hac Gravamina edidit, aperuit ante omnia rationes, quibus mota fuit ad ea edenda, & eo fine etiam demonſtravit aliquos articulos, excerptos ex nonnullis ſcriptis & ſermonibus in his partibus non ita pridem diſſeminatis; qui videantur egredi aut etiam incurrere in Regulas poſitas in Synodo Nationali & inſertas Art.* 48. *nuperæ Synodi Roterodamenſis. Declaravit etiam dicta Claſſis, ſe in ponendis hiſce Gravaminibus non ſpectaſſe certos homines hujus regionis, quos vo-*

luerit notare: ſed tantùm quietem communem Eccleſiarum Belgicarum, & ſpeciatim Eccleſiæ Roterodamenſis, ob rationes in publicum prolatas. Re in timore Domini expenſa, judicavit Synodus, Claſſem, quæ emiſit dicta Gravamina, idoneas rationes habuiſſe, eique gratias egit. Porro viſum eſt, quòd principalis cauſa, de Obſervatione Sabbati, pertineat ad judicium Synodi Nationalis, & propterea eò remittenda ſit, juxta Articul. 48. Synodi Roterodamenſis. Interim, quandoquidem de Obſervatione Sabbati inſolentes quædam opiniones irrepunt & diſſeminantur, piorum conſcientiis turbandis & illaqueandis: Exempli cauſa, Quòd non ſit licitum die Vacationis etiam poſt finitum publicum exercitium cultûs, pluviis diebus frumentum invehere; idque potiùs in agro corrumpi ſinendum ſit: Item, Quòd obſervatio Sabbati non admittat ullam relaxationem & honeſtam oblectationem, quæ apta ſit & ſpiritum & corpus hominis recreare, neque pugnet cum ullo præcepto Dei & alio tempore licita ſit: Item, quod per Sabbatum, quod (ſicut quidam dicunt) duret per 24. horas, ne verbum quidem liceat loqui, quod pertineat ad promotionem quotidiani noſtri operis aut vocationis; quin, quòd ne cogitatio quidem circa id debeat occupari. Aliaque multa ſimilia. Ideò placuit, ut Eccleſiæ diligenter attendant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

dant, ne quis extra aut contra Regulas Synodi Nationalis quicquam publicè aut privatim doceat aut urgeat: & , ſi quis id comperiatur facere, pro re nata cenſura afficiatur. Attendentque Eccleſiæ, ne homines, qui notabiliter hujus ſuſpecti fuerint, facile promoveantur ad Eccleſias, quæ evidenter laborant hoc ſcrupulo. Tandem, ne tamen leviter quis ſuper hac re in ſuſpicionem vocetur aut accuſetur, ſed ut miniſtri Eccleſiæ in fraterna & ſincera charitate inter ſe pacificè ambulent, &c.

III. Articul. 65. Synod. Dordr. 1656. *Quod attinet opinionem de obſervatione Sabbati,* &c. *ſimiliter inſiſtendum eſſe ei, quod viſum eſt Synodo Nationali, & Synodo particulari Roterodamenſi 1621. Art. 48. Iſelſteinenſi. 1626. art. 32. Conſiſtoriiſque & Claſſibus & Deputatis attendendum eſſe, ut ſententiæ dictarum Synodorum obtemperetur. Hactenus Excerpta. Iuxta hæc decretum eſt, ut, omiſſis diſputationibus, exactè prædictæ Reſolutiones obſerventur, ut & hinc profanatio Sabbati & illinc ſuperſtitio caveatur.*

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

ERRATA.

Pag. 12. *lin. ult. lege* Levit. 18:5. *p.* 19. *l.* 15. 16. Eſaias cap. 66. 23. *p.* 21. *l.* 9. Ezech. 20:12. num. 30. *p.* 22. *l.* 15. imperavit interim, *p.* 46. *l.* 16. *pro* Eſ. 20. *leg.* Ez. 20. *p.* 59. *l.* 5. *lege* dedit. Sed *p.* 65. *lege* LI *pro* L. *p.* 79. *l.* 10. lege *rigor p.* 85. *l.* 2. erant *p.* 88. *l.* 15. ſit. *p.* 120. *l.* 14. *obſervationem.* Nam Lex de *Sabbato* non mandat *ſuperſtitionem.* Putare *lin.* 17. *dele* Nam Lex, &c. *p.* 125. *l.* 4. *à f. leg.* lib. 2. *p.* 138. *l.* 14. *leg.* (quod de quiete in confeſſo eſt) *p.* 162. *l.* 5. *à f.* ἦ. *p.* 171. *l.* 19. *lennitas p.* 178. *l.* 9. *vacare p.* 178. *l.* 10. *à f. tradito. p.* 183. *l.* 13. ἀφιστῶ. *lin.* 19. ὀργίας διαφόρους *p.* 184. *l.* 9. *ſacrifica lin.* 10. poſt *ingratus. Ergo holocauſta offer perpetuò, ut recorderis mei. p.* 224. *l.* 8. *Euangelicum. p.* 253. 255. 257. 259. *pro* Veterum *lege* Recentiorum *in titulo.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 32